



38.

1. 82. 1792  
1715

40

72  
38

IVSTI HENNINGII BOEHMERI ICTI  
 POTENTISSIMI REGIS PORVSSIAE CONSILIARII INTIMI  
 MAGDEBURGICI DVCATVS CANCELLARII ACADEMIAE  
 FRIDERICIANAE DIRECTORIS PROFESSORIS IVRIS  
 PRIMARII ET IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
 PRAESIDIS

TRACTATIO IVRIDICA  
 DE  
 CAVSIS ARDVIS  
 ET  
 MAIORIBVS.




---

HALAE SALICAE  
 OPERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.  
 MDCCLIV.

(11)



IVSTITIO ANGLI BOHEMEREI ICI  
DE  
CAVVIS ARDVIS  
ET  
MAIORIBVS



OPRIS IOHANNIS ERNESTI DI WERTT  
MDCCLV



TRACTATIO  
DE  
CAVSIS ARDVIS  
ET  
MAIORIBVS.

CAPVT I.  
DE  
GENERALI CAVSARVM ARDVARVM  
ET MAIORVM CONSIDERATIONE.

§. I.



Arduum est edisserere de *arduis*, cum admodum arduum sit, definire, *quid sit arduum*? Et tamen ardua suis peculiaribus instructa sunt iuribus, quæ licet arduam habeant disceptationem, ab vtilitate tamen singulari, quam vitæ humanæ adferunt, sese adeo commendant, vt eorum penitior consideratio non possit non animo solliciti indagatoris sese insinuare. Est etiam iter gloriæ arduum, & tamen homines id omni animi impetu ingrediuntur, quia fructum laborum

Arduum est  
de arduis  
edisserere,

rum suorum insignem expectant; nec quicquam sine sudore impetratur, quod alicuius momenti esse censetur. Dum itaque de *arduis* disceptationem suscipio eorumque iura peruoluo, memor sum illius OVIDII:

*Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt.*

Id quod ut prospere succedat, in votis habeo.

maxime cum  
quid arduum  
sit, saepe non  
accurate  
sualectur.

§. II. Quemadmodum vero in *causis arduis*, in litem deductis, etiam peritissimi in diuersas ire solent sententias, fatente COTHMANNO *Vol. IV. Resp. 4. n. 1. seqq.* ita etiam facile contingere potest, ut multa dicantur *ardua*, quae talia non sunt, & rursus alia *leuioris ponderis* esse iudicentur, quae reuera pondus haud exiguum habent; inde necesse erit, naturam & indolem *rerum arduarum* & *causarum maiorum* ante omnia excutere, & quatenus leges ad naturam earum sese accommodarunt, inquirere.

Leges sese  
accommoda-  
runt ad ne-  
gotia homi-  
nium.

§. III. Conclamatum est, leges dirigere negotia ciuilia, tam *publica* quam *privata*, ut in his suum cuique tribuatur, quo intuitu etiam omnium *diuinarum* & *humanarum rerum regina* dicuntur, in *l. 2. de legib.* Cum vero negotia humana admodum varient, nec vnus eiusdemque indolis sint, rationi rectae quoque conueniens fuit, iura accommodare ad rationem negotiorum, & in legibus specialibus ferendis semper ad naturam eorum intimam respectum habere. Haec sine omni dubio vera causa est, quod tam diuersissima iura circa negotia hominum lata sint, quae eo ipso augentur, quo negotia hominum crescunt, commercia incrementa capiunt, & actionum humanarum fata varia existunt. Germani antiqui, dum adhuc in summa vivebant simplicitate, iuribus quoque simplicibus vivebant, & quia tot negotiis diuersissimis haud districti erant, infinitis quoque legibus carere potuerunt. Sed crescente numero negotiorum, creuit quoque numerus legum, qui minui vix potest, si tot negotia, diuersam indolem habentia, in republica vigent florentque. Fautor *agriculturae* multa singularia produxit iura, & in Germania imprimis ingentem iurum

Quae cum va-  
ria sint, va-  
ria inde nata  
sunt iura.

irium peculiarium cumulum constituit, postquam res agraria per tot temporum mutationes tam diuersissime sese habere cœpit. Quis *militiæ* iura propria negabit? quis, *feudis* introductis, asserere vnquam ausus est, iure peculiari in iis opus haud esse? *Mercatura* quot iura peculiararia habet? quot res *nauticæ*? *affecurationes*, *causæ cambiales* & his affines? Opificum negotia tot inuoluta sunt iuribus specialibus, vt vel separatam speciem *iusprudentiæ* inde efficere queas, vt ADRIANVS BEIERVS variis tractatibus ostendit. Noto notius est, causas *ecclesiasticas* piasque peculiaribus iuribus esse instructas, & quæ *publicum regimen* respiciunt, secundum normam iurium priuatorum æstimanda haud esse. Similiter & *rerum* non leuis diuersitas est. *Mobilium* & *immobilium* in plurimis diuersissima iura sunt, non alia ex ratione, quam quod diuersam in plurimis naturam habeant. Quis ignorat, *rerum fungibilium* peculiarem prorsus esse indolem? quæ diuersa etiam iura in plurimis a non *fungibilibus* non aliunde, quam ex natura earum propria, postulauit.

§. IV. Quamuis vero ex *natura rerum peculiari* plura in legibus sint determinata, fieri tamen non potuit, vt omnes & singulæ causæ, quæ incidere possunt, lege speciali definirerent, *l. 10. segg. D. de legib.* adeoque plurima adhuc & olim & hodie prudentis iudicis arbitrio relicta sunt. Talia autem ex *natura negotiorum peculiari* æstimanda sunt, vt ante omnia necesse sit, in quauis causâ *naturam* & *indolem* rei nosse & euoluere. Hac methodo ipsi Icti Romani olim in obuientibus casibus vsi sunt, vt inspecta rerum natura, & adhibito rationis rectæ duce, in huiusmodi causis decisiones suas formarent, & quid iustum æquumque esset, statuerent. In materia *prestationis culpæ* varias in iure occurrere difficultates, interpretes fatentur, quæ tamen non aliunde oriuntur, quam quod Doctores ex *l. 5. D. commod.* sibi certas formauerint regulas, quas vbique applicandas esse censuere, cum tamen regulæ ibi traditæ sint *inadequatæ*, nec Icti iis vnice insisterint, sed potius primario ad rerum obuientium naturam respexerint.

Non omnia tamen determinari potuerunt, sed plura iudicis arbitrio relicta.

Nam in emtione venditione regulariter *culpam leuem seu mediam diligentiam præstandam*, omnes fatentur, & tamen in *l. 2. et 3. D. de peric. & commod. rei vend.* ICtus leuissimam culpam in venditione *rerum fungibilium* præstandam esse docet, non alia de causa, quam quod res fungibiles plerumque singularem curam requirant, quæ non adhibita, facile corrumpi queant. Qui prædia vrbana alteri locat, præstare debet, vt vsum habere possit, alioquin conductor ad mercedem non tenetur; in *rusticis*, si sterilitas insolita circa fructus pendentes contingit, vt fructum speratum conductor habere nequeat, non omnis remittitur merces; sed ex *æquo & bono* remissio pro parte indulgetur, quia harum rerum proventus sunt incerti, & vnius anni sterilitas cum vbertate alterius pensanda est, adeoque aliquid *spei* in hoc negotio occurrit *l. 15. §. 4. locati. PVFFENDORF. l. 5. de iur. N. & G. c. 6. §. 3.* In *ratia renouatione locationis* prædiorum diuersitas desumpta est ex diuersa prædiorum *rusticorum & vrbanozum* natura *l. 13. §. 10. locat.* & ita in aliis similibus decisionibus ICTi versati sunt.

In negotiis  
sollicite vi-  
dendum,  
verum sint ar-  
dua, medio-  
cra, an mi-  
nima.

§. V. Similem prouidentiam adhibuere ICTi in applicatione iurium, quando sollicite considerant, vtrum negotium, de quo concertatur, sit *arduum*, an *mediocre*, an vero *minimum & leuissimi momenti*? Quamuis enim iustitia in quacunque re nemini sit deneganda, *grauitas* tamen vel *mediocritas* causæ non semper vnum eundemque modum procedendi admittit, nec eadem iura in omnibus desiderat. Præiudicium leuius, quod sperni poterat, facit, vt citra ambages procedatur, e contrario ob grauius præiudicium, quod ex causa quadam imminet, maiori diligentia & prouidentia iudicum opus est, & præcauendum, ne præcipitanter agatur. Scilicet ratio *præiudicii & lesionis* ex causa imminētis distinguit causas, adeoque prout illud vel grauissimum vel leuissimum vel mediocre est, ita quoque causa dicitur *ardua, mediocris & minima*, cuius considerationis rationem iudex in applicatione iurium ante omnia habere debet, cum secundum has qualitates iura nonnunquam varient. Equidem *IVLIA-*

NVS



NVS antecessor Constantinopolitanus in *Nov. Iustiniani* 69. notanter ait; *Quamuis res, de qua agitur, minima videatur, tamen iustitiæ ratio non ex quantitate, sed ex suis regulis estimari debet*; interim tamen certum est, non eadem iura rebus *minimis & maioribus* vbiq; data fuisse, quamuis hoc sensu IULIANI sententia vera sit, iustitiam nemini denegandam esse ex hac sola causa, quod res sit *minima*, sed vbiq; *iusti regulas* adhibendas. Imo & tunc iustitiæ ratio habetur, vbi iura, rebus *minimis* data, applicantur.

§. VI. Neque enim ad eandem *Iuris regulam* quævis negotia componi posse, censuere Legislatores, sed discretionem adhibendam esse voluerunt. Regulam, quam leges constituunt, sapius de causis *mediocris præiudicii* tantum intelligunt, nec eam ad causas *minimas*, aliquando etiam nec ad *grauissimas* applicandam esse censent. Inde est, quod *minima & maxima* in pluribus iurium quæstionibus a *regula* recedant, & ad *exceptionem* inclinent, maxime si *ratio* eorum peculiaris id postulat. Probatio quomodo solemniter suscipi & institui debeat, ex *regulis processus* constat. Hæc tamen regulæ non follicite obseruantur in rebus *minimis*, sed, quod leue admodum præiudicium litigantibus imminet, *leuior demonstratio* sufficit. E contrario in causis *arduis & maioribus* concludentissima & luce meridiana clarior probatio desideratur, vnde rursus fit, vt ex hac consideratione etiam ab ordinariis probationum regulis in nonnullis recedatur. Simile iudicium esto de aliis infra tangendis. Cæterum vbi ratio nulla diuersitatis ex *grauitate* vel *leuitate* causæ desumi potest, *regule* vtique insistendum. l. 22. de *damn. infect.* l. 1. §. 10. de *conium. cum emanc. lib.* l. 13. vt in *possess. legat.* l. 5. §. 6. D. de *acquir. rer. domin. Nou.* 69. c. 1. KLOCK. Vol. 1. *Consil.* 29. n. 582. SCHRADER. de *feud. P. X. sect.* 5. 69. Sic etiam *debitum paruum* est æque debitum ac quidem illud, quod *magnæ quantitatis* est adeoque etiam debitor ad illud æque ac ad hoc soluendum adstringendus. Non creditur testi, in propria causa, siue *minima*, siue *mediocri*, siue *maxima* fuerit, vt

Quæ non iisdem iuribus fruuntur,

nisi eadem sublit ratio.

recte

recte censuit CICERO *pro Roscio* &, *more maiorum*, ait, *comparatum est, ut in minimis rebus amplissimi homines testimonium de sua non dicerent.* Noui vulgatum Doëtorum asserunt: *parum & nihil equiparari.* REYGER. in *Thes. iur. voc. minimum*, sed præterea noui, illud falsissimum esse, si *crude & generaliter* accipitur. Ita sunt comparatæ plures regulæ iuris, ut de *particularibus casibus* intelligi debeant, nec in *effectu regulam*, sed sæpe tantum *exceptionem* constituent.

In determi-  
nandis causis  
minimis flu-  
ctuant Do-  
ctores.

An tales di-  
cendæ, quæ  
duorum sunt  
aureorum,

§. VII. Quæ cum ita sint, agite videamus, quæ *minima*, quæ *maxima* & *ardua* dicenda. ut opposita iuxta se posita magis elucescant. Fluctuant Icti & interpretes, nec certum quid constituere potuere, postquam magis *credere & aliorum fide sapere*, quam *ratiocinari* voluere. Nihil asserendum esse sine legibus, constituerunt, & ita quoque in determinando *minimo & arduo* legis desiderarunt decisionem, ut vix, bis duo esse quatuor, sine lege statuendum esse, arbitrati sint. Equidem TIRAQUELLVS *de iudic. in reb. exig. ferendo* de iuribus *rerum exiguarum* varie disputat, sed quid *exiguum modicumque* dicendum sit? non enucleat. ANTONIVS CORSETVS *de minimis n. 1.* definitiones plures tradit diuersissimas, quas alii quoque sequuntur. Quidam enim (I) causam *minimam* dicunt, quæ non excedit summam *duorum aureorum*, testibus SCACCIA *de iudic. l. 1. c. 53. n. 15.* & BLASIO ALTIMARO *de nullit. sentent. P. 1. qu. 96. n. 3.* Prouocant *ad l. 9. in f. & 10. D. de dolo mal. vbi modica summa* dicitur, quæ est *vsque ad duos aureos*. Sed falluntur, qui arbitrantur, Ictum *generaliter* definire voluisse, quid sit *modicum*? Ait, actionem doli non esse dandam in *minima læsione*, quia infamat, & exempli loco exprimit quantitatem *duorum aureorum*, quæ minimam infert læsionem, propter quam negotia non sunt temere rescindenda cum infamia lædentis, quæ admodum grauat. Potest etiam maior summa esse minima in aliis negotiis, & quantitas *duorum aureorum* esse non minima, ut in *vsuris* aliisque causis.

§. VIII.

§. VIII. Quidam (II) modicum æstimandum censent ex  
 quantitate *quinque aureorum* per *l. 6. D. de bon. damnat. vbi aureorum,*  
*leues annuli* dicuntur, qui non excedunt *quinque aureos.*  
 Notum est, bona damnatorum olim publicata fuisse: ab his bonis  
 quædam excipiebantur, quæ ad *pannicularia* referebantur,  
 h. e. ea, quæ in custodiam receptus secum adferebat spolia,  
 quibus indutus erat, cum ad supplicium duceretur. *cit. l. 6.*  
 Inde quærebatur, an annuli leues ad bona damnatorum, fisco  
 addictorum, an vero ad *pannicularia*, quibus spoliabatur,  
 quo momento quis punitus esset, referri deberent? Ad hæc  
 illi referuntur annuli, qui sunt *leues*, h. e. quinque aureos  
 non excedentes. Quis vero assereret, inde *generalem regulam*  
 exstrui posse, minimum esse, quod non excedit quinque  
 aureos? neque enim intentio legis fuit, in genere definiendi,  
 quid sit *modicum*, sed determinandi, qui annuli ad *pannicularia*  
 referri deberent. Maiorem (III) excogitauit quantitatem  
*Glossa in c. II. X. de appellat.* putatque causam minimam  
 esse, quæ est *decem aureorum*, obseruante ALTIMARO *cit. l.*  
*n. 4.* sed cum absque omni ratione hoc asseratur, merito vt  
 commentum glossæ reicitur. Alii (IV) quantitatem adhuc  
 auxerunt ad aureos viginti quinque, notante MENOCHIO  
*de A. I. Q. l. II. cas. 72. n. 5.* sed sine omni fundamento.  
 Rursus alii (V) causam minimam definirunt ex quantitate  
*centum aureorum* & quidem per *Nou. 82. §. 5.* vbi sportularum  
 modus iudicibus præscribitur, simulque additur, pro causis,  
 quæ tantum ad centum aureorum quantitatem ascendunt,  
 nihil exigi posse, ne in tam *parua quantitate* fructu victoriae  
 victor defraudetur. Sed recte MENOCHIVS *cit. l. n. 3.*  
 hoc improbat, & inde argumentum generale necesse negat,  
 cum hoc non *absolute*, sed tantum intuitu *sportularum* defini-  
 tum sit. Paulo generalius (VI) alii asseruerunt, illas esse mi-  
 nimas causas, in quibus plus impenfarum faciendum quam lu-  
 crum sperandum. MENOCHIVS *cit. l. n. 6.* ALTIMAR. *cit. l.*  
*n. 5.* Quamuis vero hæc sententia magis rationi conformis,  
 rursus tamen ita comparata est, vt quibuscunque casibus  
 B appli-

an ad impen-  
 fas litis respi-  
 ciendum.

applicari nequeat. Sumtus futuri, in litem faciendi, sunt incerti, & sæpe, ex vitio seculi, contingit, vt in causis magnæ quantitatis præter omnem spem & expectationem impense litis exhauriant omnem fructum victoriæ, quæ tamen ab initio pro *minima* haberi non poterat.

Potius arbitrio iudicis standum.

§. IX. Liquet ex adductis Doctorum sententiis, quantæ incertitudini sese exponant, qui vbiq; *determinationem legis* desiderant. Sunt in negotiis hominum plures quæstiones, quæ certa definiri nequeunt regula, sed iudicis arbitrio relinqui debere. His merito quoque annumerandum est, quid pro re *minima* haberi debeat, quod iudex æstimare debet ex *conditione personarum & præiudicio*, quod litigantibus ex lite imminet. Nam etiam quantitas in se minima *præiudicium ingens* in se habere potest, vt pro causa *minima* haberi nequeat. E contrario quantitas alicuius momenti *modica* censei potest, si *conditio personarum* ita comparata fuerit, vt præiudicium, quod alii inde metuere possent, sperni vel facile negligi queat. *l. 20. C. de appell.* Sic causa, quæ inter diuites *parua* potest censei, inter pauperes *magna* esse potest, imo & si inter diuites his sit de re in se parua, causa tamen magna esse potest, si præiudicium *fame & existimationis vel fidei* inde dependeat, si *onus perpetuum* inde subeundum sit, si grauissimum damnum in patrimonio post se trahat, forsitan priuationis poenam &c. conf. BLASIVS *ALTIMARVS cit. l. n. 6.* MENOCH. *cit. l. n. 10.* VMMIVS *Diss. 16. de process. n. 40.* CORSETTVS *de minimis n. 1.* SCACCIA *de iudic. l. 1. c. 53. n. 15.* BARBOSA *in Thesaur. l. 2. c. 41. ax. 3.* REYGER. *in Thes. voc. minimum n. 2.*

Non vero ad litigantium opinionem respiciendum.

§. X. Dum ergo arbitrio discreti iudicis determinationem rei *minima* relinquo, excludo iudicium litigantium, qui studio affectuum & pruritu litigandi abrepti res minimas adeo extollere solent, vt crederes, de salute Græcæ agi, cum reuera de lana caprina disceptetur. Exempla quotidiana id docent, adeoque optandum foret,  
vt

vt huic rei medela afferri possit. Non desunt leges, quæ, quomodo de *minimis* ius dicendum sit, definiunt, sed in praxi quid pro *minimo* habendum sit, sæpe adeo inuolutum est fraudibus partium & inuolucris fictitiis Aduocatorum, vt iudex facile in deuia deduci possit, nisi summam adhibeat præcautionem. Sæpe in fine litis, causa iam satis & diffusissime discussa, demum cognoscitur, reuera de *re minima* actum fuisse; interim tamen de ea tantis ambiguitatibus concertatum est, vt inde liqueat, leges de rebus *minimis* loquentes rarius applicari solere. Olim sane Prætores, antequam darent actionem, primum *summario* cognoscebant, an & quæ danda esset? Vtinam hodie etiam Magistratus decerneret, an actio concedenda & qua via leuissima lis dirimenda esset! in qua deliberatione primario ad qualitatem hanc, an causa *parua, mediocris*, an vero *ardua* sit, respiciendum esset. Sed talem sinceram iustitiæ administrationem iudicia nostra vix ferunt, nisi noua emendatio eis accedat, quam potentissimus Rex Borussia FRIDERICVS WILHELMVS incredibili ardore vulneratæ admodum rei iudiciariæ adhibere intendit. Inde in der Verbesserung des Justiz-Wesen §. 28. optime constituit: Zu dem Ende wollen Wir, daß in geringen, leichten und klaren Sachen nicht so fort Verhören angesehen werden; sondern es soll entweder denen Supplicanten durch umständliche decreta die Weisung geschehen, die sie durch eine kostbare Verhör nach Verstreichung der Zeit erst zu erwarten hatten, oder es soll in solchen und allen andern Sachen, darinn nur ein Vergleich zu hoffen, ohne Versuchung der Güte nicht so fort ein Proceß veranlasset werden, und ist unser Wille, daß künftig so gleich in primo termino die Güte, er sey dazu angesehen oder nicht, tentiret, und wann dieselbe nicht verfangen will, die Sachen entschieden werden.

Quale esse debeat officium iudicis.

§. XI. Ideo autem potissimum de hac qualitate, vtrum res sit *minima* dicenda? disquisitio instituitur, quoniam rei *minimæ* multa sunt specialia iura. BRVNEM. de proc. cit. c. 1.

Rei minimæ multa sunt specialia iura.

n. 35. *seqq.* Non fert instituti ratio, vt illa ex professo hic explicari queant, vbi non de *minimis*, sed *arduis* agere intendo, vnde ad *ez.* quæ alii hac de doctrina congefserunt, lectorem amandare cogor. Scilicet iura specialia rerum *minimarum* adduxere ANDREAS TIRAQVELLVS *de iudicio in reb. exig. ferendo.* CORSETTVS *de minimis.* MANZIUS *de special. iur. commum. voc. modicum.* IO. SIBRAND. *Dissert. de minimo.* AYMON. CRAVETTA *Conf. 182. n. 15. seqq.* Sed quod dissimulare nequeo, plura ita sunt comparata, quæ ab his adducta sunt, vt sine censura dimitti nequeant, quorum examen tamen hic instituire nequeo. Sæpe enim generalem regulam constituunt, quæ tamen admodum *particularis* est, qualis est illa, quod *minima non curet Prætor*, quæ in causis *restitutionum* inprimis suum vsum habet, *l. 4. D. de restit. in integr.* sed generaliter proposita falsa est, interim tamen Doctores ea maxime abutuntur V. REYER *Thesaur. voc. minimum.*

In arduis cau-  
sis determi-  
nandis itidem  
fluctuant Do-  
ctores.

§. XII. Sicuti vero in *minimis* determinandis Doctores admodum fluctuant, ita non mirandum est, de *rebus arduis* & *maioribus* diuersissima etiam deprehendi iudicia. Fuere enim, qui ex *quantitate* primario eas determinandas esse censuerunt, vt si excedat *centum aureos*, causa credi debeat ardua. NATTA *Conf. 305. n. 6.* FRANCISC. NIGER. CYRIACVS *Controu. for. 562. n. 19.* GRATIANVS *Tom. I. c. 145. n. 56.* Sed facile liquet, ex *Nou. 82. c. 9.* hanc fluxisse sententiam, prout §. 8. iam ostensum est, quæ tamen parum roboris habet. Alii quantitatem *ducentorum florenorum* pro graui causa habendam esse credunt, cui sententiæ adstipulatur ERNEST. COTHMANN. *Vol. II. Resp. 82. n. 54.* cum DECIO *Conf. 176. n. 7.* quod tamen rursus *generaliter* asseri nequit, sed ex aliis æstimandum est circumstantiis, præiudicium insigne præ se ferentibus. Alii ex quantitate 300. vel 500. Hungaricorum graues causas æstimandas censent, BESOLDO teste *conf. 241. n. 22.* sed ratione solida destituntur, qua generalitatem huius fundamenti doceant, & forsitan rursus ad *Nou. 82. c. 3.* confugiunt,

giunt, quæ tamen tantum determinat quantitatem, vsque ad quam *iudices pedanei* iudicare possent. Alii rursus occupati sunt in referendis causis arduis, putantque, eas ad certas classes reduci posse, quas postmodum examinabo.

§. XIII. Vt paucis me expediam, primario ad *præiudicium*, quod ex causa imminet, respiciendum esse arbitror, ut causa tunc demum *ardua & maior* dicatur, quæ ingens al-latura præiudicium censetur, siue concernat *salutem publicam* vel *Ecclesie* eiusque *statum*, siue *privatam utilitatem* salutemque, & quia damnum, quod inde redundat, gradus suos habet, inde etiam alia aliis grauiores sunt, ut illæ quidem his, & hæ rursus grauiores censendæ sint, quæ *viam & existimationem*, quam quæ *bona* concernunt. Breuiter: præiudicium mediocre, paruum aut magnum distinguit causas mediocres, paruas aut arduas. WURMSER. l. i. tit. 14. Obs. 12. n. 1. MENOCH. de arbit. iud. quæst. cent. 1. cas. 72. n. 10. FINKELTHAVS Obs. XXII. n. 10. BEVST. ad l. 31. D. de idrei. n. 238. BLASIVS ALTIMARVS de nullit. sentent. P. II. qu. 249. n. 81.

Vnice tamen ex præiudicii qualitate illæ æstimandæ.

§. XIV. Ipsum præiudicium autem, quod ex causa alicui obtingere potest, æstimandum (1) *ex conditione persone eiusque statu*: prout dignitas & gradus honorum homines distinguunt, ita etiam causæ læsi honoris crescunt vel minuuntur. Rustico non adeo ingens præiudicium adfertur per læsam existimationem, quæ tamen nobili, aliisque dignoris conditionis viris grauior ipsa morte censetur. Imo etiam opifici *gravis & magna* censetur, cum imminuta eius existimatio ad opificium peragendum ineptum eum reddat. (2) *Ex factis & bonorum copia vel defectu*. Causa enim alias magna potest dici parua, inspecta qualitate, veluti si inter Comites, Barones aliosque Cræfos his est de aliquot millibus florenorum, respectu eorum potest dici

Præiudicium graue oritur ex statu persone,

ex bonorum factura,

dici *mediocris*, quæ respectu aliorum, quorum patrimonium vniuersum hæc quantitas constituit, eaque lite ita periclitatur, est *ardua*, *gravis* & *magna* ob ingens præiudicium periculumque, quod vniuersis facultatibus imminet, ANDREAS SCHEFFER. P. II. qu. 3. n. 17. *seqq.* CYNVS. ad l. 3. C. de reb. credit. SICHARDVS ad l. 3. de rebus creditis n. 53. (3) *Ex loco*, secundum quem pretia rerum augentur & minuuntur, vt quod alibi *vilissimum* habeatur, alibi auro carius iudicetur. Aqua in plerisque locis est vilissima, potest tamen alicubi ob defectum aquæ esse pretiosissima, & inde causa eius arduis accenseri l. 14. de aliment. leg. SICHARDVS c. l. (4) *Ex affectione peculiari*, quam quis iusta de causa erga rem habet, quæ ex variis causis oriri & iuramento affectionis etiam locum dare potest, quod specialius illustrat B. THOMASIVS de prer. affection. in res fungib. non cadent. veluti si agitur de fundo, in quo sunt maiorum imagines, vbi maiorum imagines, vbi maiores sepulti, l. 35. de min. l. 1. §. 15. si quid in fraud. patr. quæ auita sunt, in quibus præcipue gloriantur agnati, eorumque nobilitas splendet, KNIPSCHILD. de fideic. famil. c. 5. n. 6. & c. 7. n. 2. *seqq.* (5) *Ex qualitate ipsius detrimenti*, vtpote si irreparabile sit, quo intuitu criminales cause merito arduis annumerandæ sunt. (6) *Ex ratione conscientie*, quæ peculiariter in causa quapiam haberi solet, qua de causa matrimoniales causas arduas & maiores esse voluerunt Pontificii & nostrates cum ipsis, quamuis merito mirandum sit, quod non in cæteris idem respectus concurrat. In omnibus vtiq; causis & actionibus nostris conscientie ratio habenda est, adeoque si inde causæ censendæ sunt arduæ, quæuis causæ arduæ dicendæ sunt. Equidem aiunt, illas arduas esse iudicandas, quæ vniue & principaliter secundum conscientie dictamen diiudicandæ sunt, vt hoc adæquatam decidendi fundamentum censi debeat, vt plenius demonstrat WEBER de Consistor. c. XXVII. Sect. 25. Verum quis ignorat, Pontificios hoc sub conscientie inuolucro omnes

ex loco,

ex affectione  
peculiari,ex damno irreparabili,  
ex ratione conscientie.



omnes causas civiles ad suum traxisse forum, vt plenius ostendi in *Tr. Iur. Eccles. lib. II. Tit. 2. §. 2. sqq.* quamuis limites iurisdictioni ecclesiasticæ paulatim sint positi, fecit tamen hic respectus, vt causæ quædam priuatiue consistoriis sint deputatæ & arduis annumeratæ, quo iure vt plurimum fora Protestantium quoque vtuntur.

§. XV. Verum possunt etiam plures aliæ circumstantiæ occurrere, quæ iudicium ingens ex causa redundans producant, vt potest si pluribus, si statui publico, si saluti Ecclesiæ, &c. detrimentum inde afferatur, quæ omnes referri & enarrari nequeunt. Vnde est, quod saniores Icti vnice arbitrio prudentis iudicis diiudicationem causæ, an ardua & maior dicenda sit? relinquunt, qui in primis ad *preiudicium* imminens, quod pro circumstantiarum varietate suos habet gradus, respicere debet, TIRAQVELLVS ad. l. si vnquam C. de reuoc. donat. voc. omnia vel partem aliquam n. 31. MENOCH. de Arb. iud. qu. cit. l. n. 10. PRUCKMANN. Consil. 10. Vol. I. n. 89. GARSIAS de expensis c. XI. n. 16. sqq. ALTIMAR. de nullit. sentent. qu. 249. n. 82. SERAPHINVS de SERAPHINIS de priuil. iuram. priuil. 4. n. 101. MANZIUS in special. iur. commun. voc. arduitas. BERLICHIVS P. I. concl. 45. n. 3. ZANGER. de except. c. 1. P. I. n. 54. Plenius inter alios id illustrat TIRAQVELLVS c. l. docetque, vnice arbitrio iudicis æstimandum esse, quid dicatur paruum & leue, magnum aut graue, incommodum siue damnum? quæ lesio enormis aut modica? quæ impensa sit magna aut modica? vtrum debitum sit magnum aut paruum? quæ quantitas sit magna, quæque parua? quod pretium dicatur paruum siue vile, aut iniustum respectu rei, aut iniustum? quæ lis siue causa dicatur magna aut parua? &c.

Multam hic  
committendum  
arbitrio  
iudicis.

§. XVI. Ne vero arbitrium iudicis nimis liberum & indeterminatam esse videatur, potiores causas, quæ arduæ & maiores censendæ, referre & illas sistere solent, quæ ex natura

Speciatim  
huc referuntur  
(1) causæ  
criminalis.

ra sua propria vt plurimum ingentis momenti habentur. Tales censentur esse (1) *criminales*, arg. l. f. C. de probat. BERLICH. cit. l. n. 5. GAIL. I. Obs. 49. n. 1. & Obs. 107. n. 12. quia in iis, vt Doctores loquuntur, non agitur de glande legenda, non de calce fodienda, non de partibus lucris & societatis, contractu debiti, neque de tribus posthumi capellis, neque de iritico cum oleo legato, sed de fortuna, fama & sanguine hominis, quibus nihil est in orbe terrarum præstantius; CARPZOV. Pr. Crim. P. III. qu. 116. n. 10. OLDEKOP. in Obs. Crim. Tit. 1. Obs. IV. n. 19. & Tit. V. Obs. 3. n. 6. CLAVDIUS de BATTANDIER Pr. caus. crim. reg. 20. Hoc tamen sine dubio intelligendum, (1) quatenus criminaliter agitur: (2) per viam accusationis vel inquisitionis: nam etiam per modum exceptionis de crimine agi potest, non ad pœnam, sed forsitan ad testem reprobandum: c. 54. X. de testib. c. 1. X. de testib. c. 2. X. de ordin. cognit. in f. (3) ad pœnam corporis afflictiuam vel capitalem: si ad pœnam leuiorem agitur, causa criminalis ardua semper haud censetur, sed ciuili solet æquiparari. SCACCIA de iudic. lib. II. c. 9. n. 636.

(2) Cause matrimoniales.

§. XVII. Præterea (2) huc referunt causas matrimoniales, easque propterea criminalibus comparant. c. pen. X. de in integ. restit. c. ult. de procur. in 6. ibi propter magnum, quod EX FACTO TAM ARDVO possit periculum imminere c. 1. X. de consangu. & adfin. MANZIVS in special. Iur. Comm. voc. arduitas. CORSIVS l. III. Miscell. Iur. c. 4. ZANGER de except. P. I. Tit. I. n. 53. MEYVUS P. III. Decif. 80. n. 1. & P. II. Decif. 364. n. 6. CARPZOV. l. III. resp. 57. n. 12. sqq. BESOLD. Conf. 261. n. 6. GAIL. II. Obs. 94. n. 1. VVLTEL. Conf. Marburg. 45. n. 28. BENCKENDORFF. ad Seraphinum de priuileg. iuram. priuileg. 33. n. 104. Principalis sine dubio ratio petitur ex ratione sacramenti & conscientie, quam in his considerandam esse volunt. Verum ipsa æquiparatio cum criminalibus

bus cum grano salis est accipienda, & potius secundum quid intelligenda, quod iam obseruauit Dn. BERGER in *Elect. process. matrim. p. 304.* Obseruauit enim, hanc comparisonem a pluribus adeo extendi, vt in omnibus fere argumenta a criminalibus trahantur, vnde plures errores in praxi natæ, prout infra specialius ostendendum erit.

§. XVIII. Accensent porro (3) causis arduis famo- (3) famose & honoris, sas, in quibus agitur de causa existimationis & infamie, cum fama vitæ æquiparari soleat, l. iuxta 9. D. de manumiss. vindict. & causa infamie quauis causa pecuniaria præferatur. l. 104. D. h. t. In ore vt plurimum habent illud AVGVSTINI in *Serm. 52. ad frat. in erem. qui conscientie sue fidens, negligit famam, crudelis est,* quod tamen cum grano salis accipiendum, ne quis, vbi famam seu existimationem bonam conseruare potest, illam temere negligat. Nolo hic congerere encomia, quæ ethnico more, sine iudicio, a Doctoribus fame tribui solent, cum vtique priuatio eius graue admodum detrimentum inuoluat, interim tamen non vbique & semper vite comparari debeat. *Vitam civilem* eam recte nominaueris, quoniam tot effectus ciuiles producit, quibus priuatur, qui infamia afficitur, adeoque grauissimo admodum præiudicio laborat, vt recte causa eius ardua censetur. MARTINI in *Process. lur. Saxon. Tit. 30. n. 38.* ZANGER de *except. n. 53.* FARINACIUS de *testib. qu. 54. n. 114.* HARPPRECHT. *Conf. 75. n. 532. seq.* BERLICH. *cis. l. n. 17.*

§. XIX. Imo (4) in genere causas ecclesiasticas, benef. (4) ecclesiasticas, monachalesque huc referre solent. BERLICH. *c. l. n. 28.* FABER. in *C. lib. IV. Tit. I. def. 44.* ideo quod spectent ad *ius publicum,* nec subint priuatorum arbitrio. CARPZOV. *l. II. Iuripr. Confist. def. 1. n. 8.* Equidem comparatiue loquendo causæ ecclesiasticæ maiores esse censentur ciuilibus,

*uilibus*, ideo quod obiectum nobilius habere dicantur, interim tamen sicuti quod arduum est, suos gradus habet, ita quoque causæ ecclesiasticæ aliæ aliis maiores censentur, ita ut quædam speciatim referri soleant, quæ *maioribus causis* singuluriter assignentur, relatæ a GONZALEZIO *adc. 59. X. de appell. n. 9.* de quibus cum ex professò *capite III.* agendum sit, plura hic addere nolo.

(5) feudales,

§. XX. Sed etiam (5) *feudales*, nescio quo fato, *arduis* adscribi solent. SICHARDVS *ad l. 3. C. de reb. cred. n. 10.* BERLICH. *cit. l. n. 30.* SERAPHIN. *de priuil. iuram. priuil. 33. n. 126.* SCHRADER. *de feud. P. 10. Sect. 16. n. 66. seqq.* ROSENTHAL. *de feud. c. XII. concl. 9. n. 12. & in not. lit. n. & o.* adeo ut criminalibus eas comparare non vereantur. ROSENTHAL. *cit. l.* Quidam tamen hoc refringunt ad casum priuationis feudorum, quæ causis maioribus ob ingne præiudicium accenseri potest. BENCKENDORF. *ad Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 33. n. 113.* Hoc si verum est, causæ feudales in se huc referri nequeunt, præsertim cum feuda non sint vnus eiusdemque naturæ, quod specialius *c. IV.* examinandum erit.

(6) status & fiscales,

§. XXI. Magis (6) causis arduis accenseri queunt *causæ status & fiscales.* MVLLER. *ad Struu. Ex. 17. §. 43. lit. 4.* ZANGER. *de Except. c. 1. P. I. n. 53.* BERLICH. *cit. l. n. 27.* MANZIVS *cit. l.* Causæ *status* enim, quæ *libertatem, ingenuitatem* vel *ius familie* concernunt, ingens præiudicium inuoluunt, cum a statu personæ tot iurium diuersitas dependeat, adeo ut olim etiam peculiarem iudicem habuerint, & causis *matrimonialibus* ac *criminalibus* æquiparatæ sint in *c. pen. X. de integr. restit.* DOMINICVS GALESIVS *de restit. in integr. ad cit. c. n. 7. p. 66. & n. 29. p. 68.* ODDVS *de restit. in integr. P. I. qu. 30. art. 17. n. 81. & 87.* Inde etiam maiores iudices requirebant, ut nec arbiter de iis sententiam ferre possêt *l. 32. §. 7. D. de recept. qui arbit.* Idem quoque de *causis fiscalibus* dicendum, qui itidem *maiores iudices* habebant *tit. C. ubi caus. fiscal. & in quibus*

bus utilitas publica simul versatur l. 3. C. de princip. XII. Verum de causis publicis cap. ult. peculiariter agendum erit.

§. XXII. Sed etiam (7) ardua causa censetur, in (7) de vniuersa qua de vniuersa substantia vel maxima bonorum parte <sup>sa substantia,</sup> contenditur, cum in bonorum iactura communiter extremum collocari soleat malum. MENOCH. lib. II. arb. iud. quæst. cas. no. n. 5. ODDVS c. l. n. 84. ZANGER. de except. c. l. P. l. n. 53. REYGER. in Thesaur. voc. arduitas n. 8. Metiuntur plerique beatitudinem civilem ex quietâ bonorum possessione & copia, adeo vt ICTUS crediderit, bona exinde dicta fuisse, quod beent, i. e. beatos faciant, l. 49. D. de V. S. quod pluribus illustrat TIRAQUELLVS ad l. si vnquam voce Bona C. de reuoc. donat. n. 1. seqq. E contrario miseris appellanti, qui sunt pauperes, omnibus spolari diuitiis: miserum est, ait CICERO Orat. pro P. Quintio in f. exturbari fortunis omnibus - - - calamitosum est bonis euerri - - - luctuosum est, tradi alteri cum bonis. Inde inimicitie capitales æstimantur ex lite de omnibus vel maxima parte bonorum, l. 21. Pr. de excus. tutor. quia homines ad extorrendam amantem non possunt non acerbo affici dolore, si id, in quo beatitudinem suam quærunt, in discrimen præsentissimum vocatum vident. Inde præiudicii summi ratio quæritur, & inde qualitas causæ, quod ardua sit, petenda. Quamuis vero in sensu morali hæc beatitudo, quæ in possessione amplissimorum fundorum quæritur, admodum vana sit, civiliter tamen eam in foro magis ex communi hominum sensu æstimare debemus, cui leges se accommodare solent.

§. XXIII. Vtcrius (8) arduam dicunt causam, (8) intricatæ quæ est intricata & inuoluta, vt censuit cum INNO- & inuolute. CENTIO ODDVS cit. l. n. 85. Equidem arduum sæpe id dicitur, quod est difficile, vel prout ait A. GELLIVS l. IV. Noct. At. c. 15. quod est difficile, molestum & intricabile, & eo sensu utique admitto causas multis dubiis inuolutas esse arduas; at eo in sensu de arduis non agimus causis, sed eas

eis tantum ex præiudicio, quod inde nascitur, metimur. Vnde potest causa præiudicii leuissimi esse dubiis exposita multis, & contra magni præiudicii expeditior esse. Disputatur sæpe de lana caprina magno cum feruore, cum in utramque partem dubia magni momenti moueantur, quæ olim inter PROTGORAM præceptorem & EVATHLV M discipulum interuenire credebantur, vt nec Areopagitæ illa resoluere auderent, quamuis eam quæstionem non adeo intricatam fuisse crediderim. Nihilominus tamen ita indices censuerunt, vt refert A. GELLIVS in *N. A. lib. V. c. 10.* & tum iudices, ait, *dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod vtrunque dicebatur, rari, ne sententia sua, vtramcunque in partem dicta esset, ipsa sese resenderet, rem in iudicatam reliquerunt, causamque in diem longissimam distulerunt.* Facillime autem hunc nodum solui potuissè, docet PUFFENDORFF. *l. V. Iur. Nat. & G. c. 12. §. 19.*

Regulæ de  
causis arduis  
in compendio referuntur.

§. XXIV. Vt vero ea, quæ circa causas arduas & maiores constituta sunt iura peculiariora, eo rectius intelligi & examini subiici possint, præmittam quasdam regulas generales, quas Doctores vt plurimum in *causis arduis* in ore habere solent, & inquiram, quem usum in *ciuilibus, ecclesiasticis, feudatilibus publicisque negotiis* habeant, & an reuera fundatæ sint? Sunt autem regulæ præcipue sequentes: (1) *Causæ maiores magnos requirunt iudices.* (2) *Causæ arduæ requirunt probationem lucæ meridiana clariorem, nec iuramentum suppletorium admittunt.* (3) *In causis arduis eo cautius procedendum, quo maius in eis vertitur præiudicium.* (4) *In causis arduis conferur electa persone industria.* (5) *Causa minor non facit præiudicium maiori.* (6) *In causa ardua impeditus non tenetur mittere procuratorem.* (7) *Maior gradus culpe præstandus in negotiis arduis.* (8) *In causis ciuilibus arduis ad torturam deueniri potest.* (9) *Sub concessione generali non consentur comprehendi ardua.* (10) *Ardua speciale mandatum desiderant.* (11) *In arduis causis facilius subueniendum nec apicibus iuris inherendum est.* Denique

inique (12) in arduis causis multa contra ordinariam iuris rationem fieri & decerni possunt. Fluunt regulæ pleraque ex natura rei, cui leges sese accommodarunt, adeoque id viuce in sequentibus agendum erit, vt exemplis idoneis illustrentur & exornentur.

## CAPVT II.

DE

CAVSIS CIVILIBVS ARDVIS  
ET MAIORIBVS.

## §. I.

**E**xædificandum iam hoc & sequentibus capitibus id Connexio. opus est, quod institui, & quæ coarctati & peranguste referri in §. *vlr. cap. anteced.* dilatanda & explicanda sunt. Hoc quidem capite vsum regularum adductarum in negotiis priuatis mere ciuilibus examinabo, quatenus vero causis ecclesiasticis, feudaliibus & publicis applicari queant, seorsim deinceps ostendam.

§. II. Prima regula est: CAUSAE MAIORES **Prima regula:** Cause maiores magnos requirunt iudices.  
MAGNOS REQUIRUNT IUDICES, quam deducunt ex *l. 32. §. 7. D. de receptis, qui arbit. recep. l. f. C. vbi caus. stat. l. 2. in f. & l. f. C. de iudic. pedan. l. 6. C. de reb. cred. Nou. 82. c. 1. & c. 8. quorum etiam Pontifex collineat in c. 59. in f. de appell. & c. 3. X. de baptisim. & Doctores quoque respiciunt GAIL. P. I. Obs. l. n. 32. & Obs. 29. n. 2. COTHMAN. Vol. 1. resp. 15. n. 7. Vol. II. resp. 23. n. 9. Vol. V. resp. 1. n. 5. VVLTEIVS Vol. III. Conf. Marburg. 34. n. 7. Regula hæc in iure Romano factis fundata est, sed quem sensum genuinum habeat, ex antiquitatibus Romanis eruendum, vt de applicatione ad fora nostra eo rectius iudicium ferri queat. Neque enim de vso regulæ iudicari potest, nisi eius genuina ratio euoluta fuerit; hæc vero non aliunde quam ex antiquitatibus colligi potest. Hoc obiter contra illos monendum esse*

In republica  
libera erant  
magistratus  
maiores &  
minores.

esse puto, qui spreto antiquo iure, quasi otioso, res expli-  
cant, quo ipso in applicatione necessario errare coguntur,  
quia verum rei sensum non habent.

§. III. Erant in Romana republica antiquitus, ante-  
quam libertate sua priuata esset, duo magistratuum genera,  
*maiorum & minorum*. *MAIORES* dicebantur, qui *comitiis*  
*centuriatis creabantur*, quales erant consules, prætores,  
censores, neque tamen omnium inter se eadem aut eius-  
dem potestatis, nam *imperium minus* habebat prætor, *ma-*  
*ius* consul. *MINORES* erant, qui *tributis comitiis creaban-*  
*tur*, & *quorum minora erant auspicia*. Illis potestas *ma-*  
*ior*, his *minor* erat, illis grauiora & maiora, his minora con-  
credita erant negotia, vt plenius ostendit A. GELLIVS in N.  
A. lib. XIII. c. 14. Augustior credebatur potestas magistra-  
tuum, si auspicato crearentur, adeo vt *plebei magistratus* mi-  
nores ideo censerentur, quod non essent *auspicato* creati.  
Docet hoc APPIVS apud LIVIVM lib. VI. c. 41. *Penes quos*  
*sunt auspicia more maiorum? nempe penes patres*. Nam *plebeius*  
*quidem magistratus nullus auspicato creatur; nobis adeo pro-*  
*pria sunt auspicia*. conf. SAMVEL PITISCVS in *Lex. antiq. Rom.*  
*voc. magistratus maiores & minores*. Atque hæc quidem  
erat ratio magistratuum *maiorum & minorum*, stante re-  
publ. adeoque inde facile liquet, quem sensum eo tempore  
regula adducta habuerit.

Alia ratio  
magistra-  
tuum maio-  
rum inualuit  
sub Cæsari-  
bus.

§. IV. Sub imperatoribus, abolito auspicio-  
rum & comitiarum iure, ratio magistratuum quodammodo im-  
mutata est, & ipsa quoque differentia inter *maiores & mino-*  
*res* paulo aliter efformari cœpit. *MAIORES* quippe di-  
cebantur, qui *habebant augustiorem & pleniorum iurisdictionem*,  
*imperandi & cognoscendi potestatem*, quæ *ut* *ἐξουσίαν* sæpe  
*imperium* dicitur: *MINORES* vero erant, qui *restric-  
tam & minorem habebant potestatem de causis leuioribus de sim-*  
*plici cognoscendi*, quæ nonnunquam *iurisdictionis* simpli-  
citer positæ appellatione venit, quæque *magistratibus mu-*  
*nicipalibus* tribuitur. Quando ergo distinguuntur in iure  
iuris-



*iurisdictio simplex & imperium*, indigitatur, qualis potestas magistratibus maioribus & minoribus competierit. Colli-  
 neat huc *L. 4. D. de iurisd.* his verbis: *iubere caueri præto-*  
*ria stipulatione & in possessionem mittere, imperii magis est,*  
 (& ita ad maiores pertinet) *quam iurisditionis*, (quia mino-  
 ribus denegatur.) Nam diserite *PAVLVS* in *l. 26. pr. ad mu-*  
*nicipal.* ait: *ea, quæ magis imperii sunt, quam iurisditionis,*  
*magistratus municipalis facere non potest.* Quæ autem  
 his denegata fuerint, statim subiungit *ICTUS*: Scilicet *restitu-*  
*ere in integrum aut bona rei seruanda causa iubere possi-*  
*dere, aut dotis seruanda causa, vel legatorum seruandorum*  
*causa.* Quandoque tamen, si dilatio periculosa esse vide-  
 batur, vt *magistratum maiorum* non posset expectari cog-  
 nitiono, magistratibus municipalibus præfides hanc causam  
 delegabant. *l. 1. & 4. §. 4. D. de damn. inf.* Proinde causæ  
 maiores & minores non tam ex graui præiudicio, quam po-  
 tius ex iurisditionis & cognitionis diuersitate distingue-  
 bantur. Præterea etiam *minorum magistratum seu municipi-*  
*palium* admodum restricta erat iurisdictio, & de leuioribus  
 etiam controuersis ius dicebant, adeo vt illis certa summa  
 esset præfinita, vsque ad quam iudicare possent, teste *PAVLO*  
*l. V. sentent. tit. 5. & in l. 28. D. ad Municir.* quin quod non  
 aliter hæ causæ ad eorum cognitionem spectarent, quam si  
*de plano* expediri possent: si causæ cognitionem vberiorum  
 desiderabant, pro *tribunali* erant peragenda, & sic ad magi-  
 stratus maiores referenda *l. 105. de R. I. l. 4. §. 4. de damn. in-*  
*fect. l. 1. §. u. ad SCT. Turpill. GERARD. NOODT. lib. 1. de iurisd.*  
*c. 3.* Hoc sensu etiam magistratus municipales seu minores  
*PAVLO* in *l. 38. §. 10. de penis* dicuntur *iudices pedanei*, qui ta-  
 men consentientibus partibus *de re maiori* iudicare pote-  
 rant *l. 28. D. ad municip.* Vnde tutorem dare non poterant,  
 nisi *paruæ* essent pupillorum facultates. Et ita rursus liquet,  
 quem vsum & sensum olim regula adducta habuerit, vbi  
*causæ maiores & minores* potissimum ratione *potestatis & iur-*  
*isdictionis*, cui suberant, distinguebantur.

De maioribus  
causis etiam  
ipfi magistra-  
tus, de humili-  
oribus iudi-  
ces pedanei  
iudicabant.

§. V. Præterea constat de quibusdam causis præto-  
rem ipsum aliumve magistratum maiorem cognovisse, de  
quibusdam *iudicem pedaneum* dedisse, indeque rursus di-  
gniores maioresque causas habitas fuisse, de quibus ipsi ma-  
gistratus, quam iudices pedanei iudicarent. Quando de *iure*  
seu de *æquo & bono* primario certabatur, prætoris erat cog-  
nicio: si de *facto* principaliter cognoscendum erat, iudex  
pedaneus dabatur, inde *questiones iuris* ad maiores, sed *facti*  
ad *minores* causas referebantur, quod paucis ex TULLIO illu-  
strandum. Ait Orator summus lib. I. de orat. c. XI. *Nam*  
*volitare in foro, hæere in iure ac prætorum tribunalibus, iudicia*  
*privata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de*  
*facto* (quod iudicibus pedaneis committebatur) *sed de æqui-*  
*tate & iure certetur, iactare se in causis centumviralibus* (quæ  
rursus maiores censebantur & cognitioni prætoris refer-  
uatae erant, quia centumviri prætori in concilio affide-  
bant V. NOODT de iurisdictione lib. I. c. 8. in quibus *usuca-  
pionum, tutorum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, su-  
perlucionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum,*  
*stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut rasorum, cere-*  
*rarumque rerum innumerabilium iura versentur, cum omni-*  
*no quid suum, quid aliorum, quare denique civis an pere-*  
*grinus, servus an liber quispiam sit, ignoret, insignis est im-*  
*pudentiæ.* Cum etiam sæpe de *iure civili* intricatae quæstio-  
nes inciderent, harum decisiones suæ referuabat cog-  
nitioni prætor, utpote maioris momenti, & quamvis non  
semper & ubique magni præiudicii esse videbantur, ob cog-  
nitionem tamen prætoris, cui *maiestas imperii* tributa  
erat l. pen. in fin. de I. & I. l. 9. D. de iuris, maiores esse vide-  
bantur. Inde pergit CICERO cit. l. *Quid sine parva quidem*  
*causa sint, sed sæpe maxime, in quibus disceptatur de iure*  
*civili?* Id quod hoc exemplo declarat: *Quæ porrit igitur*  
*causa esse maior, quam illius militis, de cuius morte cum do-*  
*num falsus ab exercitu nuntius venisset, & pater eius, re-*  
*credita, testamentum mutasset, & quem ei visum esset, fecisset*  
*hære-*

heredem, essetque ipse mortuus: res delata est ad centum viros, cum miles domum reuenuisset, egissetque lege in hereditatem paternam, testamento exheres (præteritus) filius. Nempe in ea causa quesitum est de iure civili, possentne bonorum paternorum exheres esse filius, quem pater testamento neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim. Aliis subinde exemplis id declarat, docetque centumuirali iudicio primario de iure certatum esse, & tandem addit; Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam contentionemque maiorem, quam de ordine, de ciuitate; de libertate, de capite hominis consularis, præsertim cum hæc non in crimine aliquo, (h. e. factò) quod ille posset inficiari, sed in civili iure consisteret? Denique hoc nouum addit exemplum: Quid? quod usu, memoria patrum, venit, vt paterfamilias, qui ex Hispania Romam uenisset, cum uxorem prægnantem in prouincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato, & ex utraque filius natus esset, mediocrisne res in controuersiam adducta est? Laxarunt tamen postea Præsidum potestatem Imperatores in l. 2. C. de iudic. pedan. permiseruntque præsidibus, etiam de his causis, in quibus antea pedaneos iudices dare debebant, notitionis suæ examen adhibere, si per occupationes publicas id fieri posset, quo ipso factum est, vt negotia leuiora tantum ad iudices pedaneos remiserint, quod colligo ex l. f. C. de iudic. pedan. cuius uerba sunt hæc: quedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorem expectare prouincia, ideoque pedaneos iudices (h. e. **QUI NEGOTIA HUMILIORA** discernere) constituendi domus Præsidibus potestatem. Definita postea sunt ab ipsis Imperatoribus, uti constat ex Nou. 82. c. 2. quo ipso quodammodo iurisdictionem ordinariam in causis leuioribus acceperunt, quales dicebantur, qui trecentorum solidorum non superabant quantitatem, Nou. 82. c. 2. Et inde rursus regula formata est, mi-

niores causas posse a iudicibus minoribus, maiores autem tantum a maioribus iudicari.

Sensus regulae de iure Romano duplex.

§. VI. Quae cum ita sint, sensus regulae adductae duplex esse potest: (1) *Causas maioris momenti desiderare iudices maiores, quales erant Praesides prouinciarum, nec eas posse a magistratu municipalis expediri.* (2) *Iudices pedaneos tantum de negotiis humilioribus & leuioribus per constitutiones Imperatorum iudicare, non vero de illis, quae trecentorum solidorum quantitatem excedebant.* Sic causae status, si de ingenuitate, libertinitate, & libertate agebatur, erant magni praedicii, adeoque in *l. 6. C. ubi causa stat. agi deb.* cautum, eas tantum apud competentes maximos iudices examinandas esse. Hinc in urbe de iis cognoscebant Consules *l. 27. D. de liberali causa*, Praetores liberales, *l. 36. §. f. de fideic. libert. in Prouinciis Praesides, l. f. C. ubi caus. stat. l. 2. C. de iudic. pedan.* vel aliquando Rationalis, *l. pen. C. ubi caus. stat.* adeo ut haec causa iudicibus pedaneis delegari haud potuerit etiam tum, cum Praesides litium multitudo aut publicae occupationes distracturae sint, *l. 2. C. de iudic. pedan. in f. NOODT de iurisd. l. 1. c. 7.* etiam antea forsitan aliud obtinuerit, si de sola facti questione lis mota fuisset. *l. 1. C. de ordin. iudic.* quod eleganter illustrat decus Belgii GERARDVS NOODT *cir. l. c. 9.* Ex eadem causa quoque, si compromissum de liberali causa factum erat, non compellebatur arbiter sententiam dicere, quia, ait Ictus in *l. 32. §. 7. D. de recept. qui arbit. recept. fauor libertatis est, ut maiores iudices habere debeat*, vel ut CICERO *lib. 1. de orat. c. XI.* ait: *Quid? de libertate, quo iudicium grauius nullum esse potest.* Et rursus: *Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentioneque maiorem, quam de ordine, de ciuitate, de libertate &c.* Idem etiam in *cir. l. 32. 7. in f.* extenditur ad causas populares, utpote quibus actor non ius priuatum, sed populi tuetur, *l. 1. de popul. iudic.* & ita non erant priuati arbitri, quales causas tamen

tamen tantum arbitrium recipit. Habuere etiam causæ *fiscales* proprium magistratum, *rationalem* scilicet *l. 5. C. vbi caus. fiscal.* adeoque alii iudices hic incompetentes erant.

§. VII. Verum forma iurisdictionis hodie admodum mutata est, teste ipso *MEVIO P. 3 dec. 90.* adeoque quæ hæcenus ex iure Romano adducta sunt, applicari vix possunt. Est hodie *iurisdictio alta vel bassa*, seu *superior vel inferior*: ad hanc spectant omnes causæ *ciuiles*, sine distinctione, verum *ardua* an *leuis momenti* sint? quoad *crimina* distinguitur, vtrum sint *leuiora*; an *maiora*: illa ad *inferiorem*, hæc ad *superiorem* spectant. Leuiora delicta censentur vt plurimum: Haarraufen, Schläge, die nicht tödtlich sind, noch Lämbe bringen, daraus auch keine Wunde wird, wenn sie gleich zerschwoollen, auch braun und blau, Nasebluten, Maulschellen, Zähne bluten, so die nicht wackeln, auch andere Blutrünsten mit Nägeln gekraht, oder sonsten verleset, daraus keine Fähelichkeit des Todes, Lämbe, Fleisch, Kampfer noch öffentliche Wunde entstehen, schlechte Lügen-Strafen, schlechte Schmähe-Worte, die nicht an freyen Orten, oder hohen besreyten Personen geschehen, und peinlich nicht geklaget worden, unzüchtig muthwillig Geschrey, Messerzüge, wenn niemand dadurch beschädiget wird, Messer, Armbrust, Schwert oder andere verborgene Waffen tragen, in einer Stadt oder auf einem Dorfe verbotene Waare feil haben, verbotene Spiele spielen, einen der grosse und schwere Brüche, Uebelthat und Mißhandlung gethan, zu dem Ende gefänglich setzen, und halten, auf daß er ihn demjenigen, welchem das Ober- und Hals-Gerichte zuständig, überantworten möge, da einer den Gerichten ungehorsam wird, oder daselbst etwas bewilliget, und solchem nicht nachkommt, Diebstahl unter 3. Schill. schlechte Hurerey, wenn beyde Personen, so dieselbe begangen, nachmals einander ehlichen, oder auch Braut uad Bräutigam vor der priesterlichen Copulation sich zusammen finden. *CARPZ. prax. crim. qu. 109. n. 33.* Delicta *maiora* & *grauiora* *IDEM* refert plenissime *cit. l. n. 31.* Quamuis vero in *criminalibus* distinctio inter *maiora* & *mi-*

Mutata hodie  
iurisdictionis  
forma regula  
vix amplius  
vsum habet.

Quinam hodie dicantur superiores & inferiores magistratus?

nova delicta obtineat, ipsi tamen iudices in *sensu iuris Romani*, propterea diuidi in *maiores & minores* nequeunt. Est hæc distinctio, quam adduxi, iuris Germanici, nec ullam cum foro Romano conuenientiam habet. Equidem *ab ipsa iurisdictionis specie* dicuntur vulgo iudices *superiores & inferiores*, CARPZOVIO *cit. l. n. 44. 45. 55. sqq.* teste. Sed rursus non eo in sensu, quod alter alteri subiectus sit, uti iure Romano *iudices pedanei & municipales magistratus* magistratibus dependebant, sed a specie *iurisdictionis*, qua a Principe inuestiti sunt. Imo quamuis alio sensu magistratus hodie sint vel *inferiores*, qui superiori magistratui subfunt, ad quem appellari queat, vel *superiores*, qui supremo tribunali præfunt, rursus tamen regula hic applicari nequit. Obstat *privilegium primæ instantiæ*, ut in causis, etiam maxime *arduis & maioribus*, neutiquam iudicia inferiora præteriri queant.

An cause arduæ hodie a superiori indice auocari queant.

§. VIII. Adeo autem hæc vera sunt, ut ne quidem iudex *superior* ab *inferiore* causam auocare possit, ex hac causa, quod sit *ardua & magni momenti*, cum auocatio hæc regulariter sit prohibita. MEV. P. 2. *decif. 134. n. 2. 10.* KOEPPEN. P. 2. *dec. 4. n. 6.* & non nisi ex iustis causis, a lege determinatis, fieri queat. Hoc concedo, Principem ipsum facilius causas auocare posse, maxime si sit *magna, ponderosa & vrgens* MEV. *conf. 97. n. 42. & conf. 100. n. 106. seq.* MYLER ab EHRENBACH. *de Princ. & Stat. imper. c. 43.* Sicut enim *iurisdictionis inferiorum* magistratuum a Principe dependet, ita quoque modum iis præscribere, & quæ maiorem deliberationem requirere videntur, quæque salutis reipublicæ rationem intime tangunt, ad se trahere potest, id quod *ratio publica* desiderat. Id ipsum prudenter MOÏSIS obseruauit, dux populi iudaici, qui constituebat quidem iudices magistratusque ac decisiones controuersiarum, sed *gratiores* sibi reseruabat. *Quodsi*, ait, *dissente vobis aliquid visum fuerit, referte ad me, & ego audiam* DEVT. l. 17. De Ruthenis COCCIVS SABELLIUS *Ennead.*

nead. X. lib. 4. tom. 2. idem obseruat, & iudicia, ait, exercent duodecim numero viri; vnus aliquis ex collegio cognoscere causam criminem, id cognitum ad collegas deferi, interdum & ad regem, si res est maioris ponderis, quam vt pro collegio vindicari possit. Immo etiam ROMVLVS sic res disponebat, vt de delictis grauissimis ipse decerneret, leuiora permitteret senatoribus, teste DIONYSIO HALICARNASSAEO lib. II. quemadmodum olim apud Germanos de minoribus rebus principes consultabant, de maioribus omnes, in concilio scilicet Principum. teste TACITO de morib. Germ. c. II. Quamuis ergo iurisdictio in quibuscunque causis generaliter concessa fuerit inferiori magistratui, vel dicsasteriis, hoc tamen saluo iure supremi Principis censeretur factum, vt maioris momenti auocare possit, quemadmodum id saepe sibi Principes referuare expresse solent, vid. CARPZ. lib. 2. resp. 20. n. 16. Interim tamen hoc non intelligendum in sensu iuris Romani, vt inferiores magistratus prorsus inhabiles sint, etiam in causis maioribus & arduis sententiam ferre; nam in quibuscunque causis, speciatim non exceptis, cognoscunt; sed vt Princeps possit, si velit, causarum arduarum decisionem ad se trahere, quamdiu autem hoc non est factum, inferioribus dicsasteriis ius sit, illas quoque decidendi. Hoc sensu ergo admitto regulam, quod maiores causae desiderent maximos iudices, vt Princeps, si velit, eas a iudice inferiore auocare queat.

§. IX. Interim quibusdam in locis speciatim nonnullis causis speciales dati sunt iudices, vel quod sint arduae, vel etiam ob aliam causam, id quod vbi factum fuerit, ex qualitate ipsius causae aestimandum, in quo iudicio causa peragenda sit. Sed hoc rursus non ex regula iuris Romani dependet, sed speciali dispositioni Principis tribuendum est, qui iurisditionem singulorum magistratuum potest determinare, restringere, & ampliare. Sic causae fiscales olim habebant peculiarem iudicem, & hodie quoque alibi coram fiscali, alibi coram regimine Praeuidicis expediuntur, vnde

D 3

quastio

*[Faint handwritten notes in the right margin, partially obscured by the gutter and bleed-through from the reverse side.]*

An vsus regule sit, vbi causis arduis speciales iudices dati.



quæstio enascitur, an, si *caussa quædam civilis coram inferiore iudice penderet, cui fiscus pro suo interesse interuenit, caussa ipsa ad iudicem fiscali competentem, tanquam maiorem, trahi queat ob interesse fiscali?* quod affirmat MEV. P. 4. dec. 185. Quamuis enim interueniens regulariter alligetur foro, ubi causa ab aliis agitata cœpta est, FRIDERVS lib. III de contin. caus. c. 8. n. ii. hæc præuentio tamen fisco non præiudicat, cui hoc priuilegium tributum est, cum iudex inferior de causa fiscali, utpote maiori, & quæ prius agenda est, per l. 35. D. de iur. fiscali, iudicare nequeat.

Regula II.  
Quod cause  
maiores re-  
quirant ma-  
iorem proba-  
tionem,

si maxime  
publici sunt  
præiudicium.

§. X. Altera regula est, quod CAUSSAE ARDVÆ ET MAIORES REQUIRANT PROBATIONEM LUCE MERIDIANA CLARIOREM, ut regulariter iuramento suppletorio in his locus esse nequeat. Habet probatio suos gradus, aliquando magis, aliquando minus persuadet, inde merito *grauitas causæ* grauiorem desiderat probationem. Sunt autem causæ arduæ vel *publici vel priuati præiudicii*. Ad illas refero *causas criminales*, in quibus luce meridiana clarior probatio desideratur, l. f. C. de probat. l. 5. pr. de pen. l. 14. C. de accusat. adeoque quamuis in causis civilibus *confessio extraiudicialis* contra confitentem plene probet, ut constat ex tit. de *confess.* in criminalibus tamen tantum indicium ad torturam facit per art. 32. *Constit. crim. Carol.* nec semper testes, qui in civilibus idonei sunt, in criminalibus etiam pro talibus habendi. *Graviora enim*, ait ANTON. MATTHÆI de crimin. lib. 48. tit. 15. c. 2. n. 1. *criminalia iudicia civilibus sunt, ideoque & testium maior electus adhibendus est.* Itaque testes hic non sunt omni exceptione maiores, nisi annum vicissimum exceßerint, l. 20. D. de testib. quamuis in civilibus etiam puberes idonei esse queant l. 3. §. 5. eod. Porro, qui iudicio publico reus est, in criminalibus testis non est idoneus, quamuis in civilibus non aliter repellatur, nisi de crimine condemnatus, vel in vinculis custodiaque publica sit. *cit. II.* Ast hoc discrimen ius Canonicum sustulit,



lit, secundum quod etiam, qui in *ciuilibus* de crimine aliquo commissio conuinci possunt, inhabiles iudicantur, c. 54. X. de testib. c. 1. X. de testib. quo iure etiam hodie plerumque utimur, conf. tract. iur. eccles. Protest. lib. 2. tit. 20. §. 12. Inhabilis est in criminalibus testis, qui antea in eum reum testimonium dixit, l. 23. h. 1. quod ad causas *ciuiles* applicari nequit, vt recte censuere BRUNNEMANN ad cit. l. n. 1. & ANTON. MATTHAEI cit. l. n. 3. Plures alias differentias inter causas *ciuiles* & *criminales* adducit MATTHAEI cit. l. quae vnice inde dependent, quod in hac grauissima causa grauior quoque probatio desideretur. In *delictis leuioribus*, quae *ciuilibus* hunc in finem comparantur, hic specialis delectus non adeo attenditur, immo quamuis testes producti non sint satis habiles ad reum condemnandum, possunt tamen reum grauare ad torturam.

§. XI. Porro quamuis in *ciuilibus* aliquando vnus testis plene probare possit, de quo vid. DN. HORN, diss. de vno teste plene prob. in criminalibus tamen tantum facit iudicium ad torturam, non plene probat, CARPZ. in pr. crimin. qu. 114. n. 46 nisi de crimine leuiori agatur, ac cum vnico teste quaedam aliae praesumptiones concurrant. IDEM cit. l. n. 52. Praesumptiones grauiores in causis *ciuilibus* quandoque plene probant, sed in criminalibus nullo modo, si de crimine grauiori agitur, per art. 22. C. C. C. BRUNNEMANNVS, GILCKENIUS & BARBOSA ad cit. l. vlt. C. de probat. Quamuis enim ex l. 34. C. ad L. iul. de adult. contrarium colligendum esse videatur, id tamen maxime exorbitans est, & ad exceptionem pertinet. Immo hodie non tam ad condemnationem, quam potius ad torturam sufficeret, vt recte censuit CLASENIUS ad cit. art. 122. In *ciuilibus* iuramentum testibus remitti posse ab eo, contra quem producuntur, expeditum est, vid. SETSER de iuram. l. III. c. 9. n. 38. seqq. sed in *criminalibus* id fieri nequit, BRUNNEMANN de iur. eccles. lib. 3. c. 4. §. 13. MEVIUS P. II. decis. 76. SCHILTER ex. 49. §. 75. CARPZIO cit. l. n. 64. GRANZIVS de defenf.

Plures aliae conclusiones ex hac regula adducuntur.

Plures aliae conclusiones ex hac regula adducuntur.

*defens. inquis. c. 5. m. 2. sect. 3. art. 4. n. 449.* ANTON. MATTHÆI *cit. l. c. 4. n. 8.* Sic etiam inquisitione generali testes tantum summarie & sine prævio iuramento deponunt, sed post L. C. iuramento obstringuntur, & denuo ad articulos probatoriales respondere iubentur, adeo vt non sufficiat, antecedentem depositionem summariam iuramento confirmare, cum illud in causa tam ardua & difficili admodum periculosum sit, vt recte censet GRANZIVS *cit. l. n. 450.* praxitque contrariam iuri contrariam esse docet. Solent enim testes in summaria depositione sepe a via aberrare, veritatemque celare, quoniam iuramento haud sunt obstricti, qua de causa in nouiss. ordin. process. Magdeb. c. 50. §. 3. hac de re ita cautum est: Als wir unterhänigst berichtet worden, daß öfters die Special-Inquisition auf unvcredeter Zeugen Aussage erkant; alldiemeil aber in denen Dingen, welche des Menschen Ehr und Cristianation, ja Leib und Leben, betreffen, ehe nicht zu verfahren, es haben den die Zeugen ihre Aussage zum Grunde der Special-Inquisition eydlich bestärcket, massen denn in Bürgerl. Sachen keinem Zeugen ohne Eyd geglaubet wird, die Erfahrung auch giebet, daß das summarische Zeugniß bey hernachmaliger Vereydigung öfters revociret; so sollen in denen Fällen, da der Inquisit in flagranti crimine nicht ergriffen, und die That sonst unzweifelhaft offenbar, zweene unverwerfliche Zeugen die verübte Mißthat zwar summarisch, iedoch vermittelst Eydes bekräftigen. Denique iuramentum in ciuilibus alteri deferri potest, sed non in criminalibus, quatenus ad poenam corporis afflictiuam vel grauiorem agitur. CARPZ. *pr. crim. qu. 95. n. 69.* MARTINI *in proc. Saxon. lib. 18. §. 11. n. 98. fqq.*

Quid si causa  
maiores sint  
priuati præiu-  
dicii?

§. XII. Pergo ad causas maiores priuati præiudicii, in quibus plura admitti possunt quæ in criminalibus, vbi de publico præiudicio agitur, reiciuntur. Non enim dubium est, quin aduersarius possit testibus iuramentum remittere, quod quidem SETSERVS *cit. l. n. 38.* in quibuscumque causis arduis fieri non posse censet, sed sine ratione, cum

cum nihil impediat, quo minus quilibet sibi etiam in *caussa ardua* præiudicare possit, nec argumentum a *caussis criminalibus* ad quascumque alias *caussas arduas* trahi queat, quia in iis simul *publicum* occurrit *præiudicium*, quod de quibuscumque *caussis arduis* asseri nequit. Similiter in ceteris *caussis arduis* *privati arbitrii* facilius iuramentum deferri potest. Inde dubitatum fuit, *an in caussis famosis iuramenti delationi locus sit?* Ratio dubitandi est, quod capitalibus æquiparentur, & gravissimi sint præiudicii, *MODEST. PISTORIS Vol. I. conf. 62. n. 13. COTHMANVS lib. II. resp. 82. n. 53. & sq. vbi n. 56. hæc addit: Debet autem iudex non velut truncus aliquis, sed tanquam vir bonus & verum ac negotiorum peritus arbiter, considerata personarum qualitate, REI QUANTITATE, CONTRÖVERSIAE PONDERE cæterisque conditionibus & circumstantiis diligentissime excussis & perpensis, iurisiurandi conditionem vel recipere vel reicere.* Verum quamvis hoc admittam, si *criminaliter* agitur, aliud tamen dicendum esse arbitror, si tantum *civiliter* agitur, ob *præiudicium privatum*, quod in tali delatione iuramenti occurrit. Nullibi prohibita est transactio de *caussis arduis* *privati præiudicii*, ergo nec delatio iuramenti, quæ illam reuera continet. *arg. l. 31. D. de iurei.* Et huc collineant *l. 5. §. 8. l. 11. §. 1. D. de iurei. l. 6. §. 5. de his, qui nor. inf. CARPZOV. P. 1. C. 12. def. 31. n. 4. SETSER. de iuram. lib. IV. c. 4. n. 2.*

§. XIII. Inprimis vero gravitas *caussæ* impedit, quo minus iudex possit *iuramentum suppletorium* deferre ei, qui tantum *semiplene* probavit, quippe quod deferendum est, *inspectis personarum & causæ circumstantiis*, ut ait Pontifex in *c. f. X. de iurei.* Constituitur hoc modo iuraturus *iudex & testis* in propria *caussa*, sine aduersarii consensu & delatione, adeoque vbi gravissima desideratur probatio, huic locus esse nequit. *FINCKELTHAVS Obs. 22. n. 10. SERAPHINVS de SERAPHINIS de privil. iuram. privil. 33. n. 12. ibique BENCKENDORFF. n. 91. sqq.* Inde in *caussis* *crimi-*

an in his iuramentum deferri possit

In *caussis arduis* an *suppletorium* deferri queat?

criminalibus locum habere nequit, nisi esset parui præiudicii, SERAPHINVS *c. l. n. 109.* vt & iniis, vbi agitur de maxima parte bonorum. An & quatenus autem hoc in ecclesiasticis & feudalibus possit locum habere, infra ostendam. Inde inferunt, quod nec ei locus sit in causis status, filiationis & *spureitatis*, vt loquitur SERAPHINVS *cit. l. n. 112.* h. e. quando stuprata agit de agnoscendo partu. Est quidem causa status quodammodo ardua, sed simul tamen iudici arbitrium relictum, vt aliquando in *caussa graui*, circumstantiis id suadentibus, possit iuramentum suppletorium deferre, vt in *iur. ecclesiast. protest. ad tit. de iureiurand. §. 74.* ostendi. Quamuis enim stuprata valde suspecta sit, vt *regulariter* stupratori iuramentum purgatorium deferri debeat, possunt tamen circumstantiæ tales adesse, quæ contrarium suadent. Immo Doctores generaliter asserunt, etiam in causis arduis iuramento suppletorio locum esse, si plus quam semiplene probatum est. GAIL. *l. Obs. 108. n. 11.* SERAPHINVS de SERAPHINIS *cit. l. n. 10.* BENCKENDORFF ad *Seraphin. cit. l. n. 19.* Similiter in *possessorio* huic iuramento locum relinquunt, si vel maxime causa principalis sit magna & ingentis præiudicii, & quidem ideo, quod *possessorium* iudicium sit modici præiudicii, & id, quod decedit in *possessorio*, in *petitorio* recuperari & emendari queat. 10. PETRVS SYRDVS *lib. I. conf. 73. n. 2.* SERAPHINVS *cit. l. n. 11.* Verum vt plurimum ex *possessorio* totius causæ decisio dependet, si forsân probatione alter in *petitorio* destitatur, adeoque *possessorium* tunc simpliciter pro re parui præiudicii reputari reputari nequit, sed ex circumstantiis pro arbitrio iudicis hoc erit æstimandum. MENOCH. de *remed. recup. possess. 15. qu. 32. n. 413.* MASCARD. de *probat. concl. 1198. n. 10.*

Regula III.  
quod in causis arduis circumspicte agi debeat.

§. XIV. Tertia regula est: IN CAUSSIS ARDVIS CAUTE ET CIRCUMSPECTE EST PRO-CEDENDVM, requirunt enim magnam curam & diligentiam, ERNEST. COTHMANNVS *Vol. II. resp. 86. n. 10. & vol.*

vol. III. resp. 15. n. 71. & lente festinandum est. IDEM Vol. IV. Resp. 12. n. 159. Applicat hoc CAROLVS V. in art. 219. ad causas criminales & recte censet, daß zu diesen Sachen grosser Fleiß gehöret, seu vt Pontifex ait c. 3. de elect. in 6. *ubi periculum maius intenditur, ibi procul dubio plenius est consulendum.* Inde est (1) quod iudex, etiam inuitis partibus, peritos consulere possit, præsertim si causa sit intricata & difficilis, adeo vt sæpe etiam petiores collegia ICtorum in arduis & magni momenti causis consulere soleant. LAVTERBACH. de consil. c. II. th. 13. Optime censet OLDEKOP. tit. 1. obseru. crim. 7. n. 6. & sæpe, ait, etiam principes, quibus tam egregii sunt & peritissimi a latere consiliarii, collegium iurisperitorum consulunt: nec id frustra, tum quia illi sunt in causis arduis & capitalibus versatissimi, eas quotidie tractant, & alios docent, tum quia integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, & facilius inuenitur, quod a pluribus senioribus queritur. conf. BRVNEM. conf. 32. n. 26. Quamuis vero iudex causam arduam difficilemque transmittere, etiam inuitis partibus, possit, alia tamen quæstio est, an eam debeat transmittere? De causis criminalibus inprimis disceptatum fuit, quas omnino transmittendas esse censent, postquam causa tam ardua non cuiuslibet grosso iudici videtur committenda, vt ait MARANTA in Spec. P. VI. de appell. n. 67. & præterea in ordin. crim. fere quinquages septies hoc inculcetur, speciatim vero in art. cit. Verum cogitandum est, CAROLVM V. potissimum locutum fuisse de iudiciis nobilium paganis & magistratuum oppidanis, quæ raro instructa sunt assessoribus iurium peritis, vt merito transmissio actorum iis imperari debuerit. Dicasteria Principum sane cum his æquiparari nequeunt, quæ assessores vtplurimum habent peritos instructosque, & experientia satis probatos, quibus haud imperata est transmissio, adeoque, nisi leges prouinciales aliud postulent, ipsimet sententiam criminalem ferre possunt. Conf. CARPZOV. Prax. crim. qu. 116.

Inde petiores in iis consulendi;

an necessario in criminalibus?

Criminalia  
magna cum  
sura agenda;

& idoneos  
cautosque iu-  
dices postu-  
lant.

§. XV. Inprimis (2) iudicij criminalia magna cum sollicitudine sunt peragenda, & festinatio fugienda, quavis etiam *doctosa procrastinatio* vitiosa & reprobata sit in *art. 150. vbi in f.* etiam additur ratio: *Weit zu grossen Sachen, als zwischen den gemeinen Nutz und der Menschen Blut zu richten, grosser und ernstlicher Fleiss geböhret, und angelehet werden soll.* Nec minus eleganter ait *AMMIANVS MARCELLINVS lib. XXIX. c. 15. de vita & spiritu hominis, qui pars mundi est, & animantium numerum complet, laturum sententiam, diu multumque cunctari oportet, nec precipiti studio, vbi irrevocabile factum est, agitari, vbi exemplo Arcopagitarum id declarat, additque: Ita nunquam tardum existimatur, quod est omnium ultimum.* Hæc eadem ratio quoque postulat cautos, prudentes, conscientiosos & optimos iudices, quibus criminalia committantur, ne incaute & imprudenter in iis procedatur. Ita censuit *CAROLVS V. in art. 1. desiderans fromme, ehbare, verständige und erfahrene Personen, additque: alsdenn zu diesen grossen Sachen, welche des Menschen Ehr, Leib, Leben und Gut belangen seynd, tapfer und wohlbedachter Fleiss geböhrig.* Darum denn in solcher Ubersahrung niemand, mit rechtmässigem vortrüglichen Grund, seine Verlassung und Hinfälligkeit entschuldigen mag, sondern billig derhalb, vermöge dieser unser Ordnung, gestraft. Tanto autem grauior poena infligenda, quanto maior industria adhibenda erit in expeditione officij publici. Ideo etiam plures dilationes in criminalibus, quam civilibus indulgentur *l. f. D. de dilat. quia istæ causæ sunt grauioris momenti, quippe quibus de vita, sanguine aut existimatione hominis agitur, vt vtar verbis ZIEGLERI in Dicastice conclus. 28. §. 14. nec vquam in criminalibus ita concluditur, vt noua defensio, & quæ ad eam instruendam pertinent, non possent ad acta referri. l. 18. §. 9. D. de quest. GAI. l. Obs. 107. n. 11.* Et quamuis in civilibus post conclusionem in causâ partibus os clausum sit, index tamen, causæ grauitate id efflagitante, etiam *ex officio*

scio rescindere potest conclusionem, & vltiorem adhuc  
causæ discussionem requirere. BERNHARD GRAEVS ad  
Gail. cit. l. n. 22. Inprimis vero sufficiens & accurata caus-  
sæ cognitio desideratur in rebus arduis l. 2. C. de sentent. ex  
breuic. recit. l. 9. C. de iudic. quem in finem sæpe acta plu-  
ribus referentibus dari solent, vt, tot præuia assessorum  
deliberatione, maturior sententia ferri queat, cum oculi plus  
videant, quam oculus, nec vitium præcipitantiæ, quæ nulli-  
tatem inducit, sententiæ obici queat. GILCKEN. ad. l. 9. C. de  
iudic. n. 2. ALTIMARVS de nullit. sent. qu. 314.

§. XVI. Quarta regula est: IN CAUSSA AR-  
DVA CENSETUR PERSONAE INDVSTRIA  
ELECTA, vt, cui quid commissum est, id per substitu-  
tum agere nequeat. Rectæ rationi id ipsum conuenit, vt &  
intentioni committentis, qui pro gravitate causæ sub-  
iectum idoneum elegisse, eique soli causæ expeditionem  
concredidisse videtur. AVG. BARBOSA ad c. f. de offic. &  
por. iud. deleg. n. 5. MENOCH. lib. II. Præf. 21. n. 4. Est  
enim artificum & peritorum longa differentia, & ingenii &  
naturæ & doctrine & institutionis, adeoque substitutio  
indistincte non est concessa, vt docet VLPPIANVS in l. 31.  
D. de solut. c. f. §. 15. autem X. de offic. & por. iudic. deleg. Sic  
ergo (1) procurator ad negotia seu extraiudicialia libere  
quidem quodcumque alium deputare potest, iudice  
Pontifice in c. 1. in f. de Procurat. in 6. & ICTO in l. 8. §. 3. D.  
mand. l. 33. C. de donat. l. 8. §. 3. de procur. sed non æque  
ad iudicialia constitutus, quæ grauiora censentur causis  
extraiudicialibus, adeoque speciatim facultas substituendæ  
ei concedenda est. LAUTERBACH. de procurat. substit. c. 3.  
§. 7. sqq. LYNCKER. de form. Procurat. c. 2. §. 18. Immo  
etiam hæc substitutio prohibita censetur in causis extraiu-  
dicialibus, si procurator ad arduum aliquod & magni mo-  
menti negotium constitutus fuerit. IDEM. cit. l. §. 5. Exem-  
plum occurrit in c. f. n. Proc. n. 6. vbi negatur procuratori,  
ad matrimonium contrahendum constituto, alium depu-  
tandi

Reg IV.  
quod in caus-  
sa ardua cen-  
setur perso-  
næ industria  
electa.

Exemplo pro-  
curatoris.

Item officia-  
lium.

tandi facultas, addita hac expressa ratione: *propter magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere.* Similiter vbi alicui alienatio rerum magni momenti conceditur, substitutio censetur prohibita. *l. 15. §. 2. D. de diu. tempor. præscript.* Immo qui ad vniuersa negotia datus est procurator, alium *in vniuersum* substituere nequit, nisi ei hoc specialiter concessum sit. *c. 3. de procurat. in 6.* quia vniuersa rerum administratio sane magni præiudicii res est, quæ personæ industriam electam esse supponit. (2) Officia publica, personalia scilicet, inter *res arduas* referuntur, ad quorum administrationem non quilibet idoneus est. Ita Senatus Romanus apud TACITVM *lib. 1. annal. c. 11.* censuit, & recte quidem. *Aiunt se in partem curarum ab Augusto vocatum experiendo didicisse, quam arduum, quam subiectum fortune regendi cuncta onus.* Ex grauitate ergo officii publici, quod gerunt, personæ industria censetur electa, vt substituere aliq̄ue vices suas mandate nequeant. MYLER ab EHRENB. *in Hyparchol. c. 21. §. 2. conf. l. 10. C. de decur. X. l. 64. C. eod. l. 1. C. de præp. agent. in reb. XII.* Equidem *more maiorum* apud Romanos inualuerat, vt magistratus maiores iurisdictionem alii mandare possent *l. 5. D. de iurisd.* quod Dn. NOODT. *lib. II. de iurisd.* plenius explanat. Verum id extraordinarium erat, & quia *moribus* contra *rationem iuris* inualuerat, eatenus tolerabatur, quatenus inualuerat. Nam quæ *extra ordinem* magistratui data erant lege vel Scto, mandari non poterant, vt *merum imperium* aliaque *l. 1. §. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd.* quia id ipsum *speciatim* ei conceditum erat, nec *mores maiorum* ad talia extendi debebant, qui potius, quod *extra ordinem* inualuerant, restringi debebant. Proinde, meo quidem iudicio, ad nostros magistratus id minime applicari potest, partim quia non sunt comparandi cum magistratibus maioribus Romanorum, partim quia quod ex *more Romanorum* apud Romanos obtinebat, cum illis quoque expirauit, vt hodie potius *regule infissendum* sit. SCHILTER *ex. 5. th 21.* Loquor de *iurisdictione*



*dictione personali.* Nam quoad *realem* seu *patrimoniam* etiam recte asseri potest, *more maiorum*, h. e. Germanorum, inualuisse, vt iurisdictionem aliis mandare possint, quod suo modo etiam in *art. 2. C. C. C.* confirmatum est. De *ecclesiasticis officiis* idem quoque dicendum foret, sed etiam in *iis more maiorum* inualuit, vt in ecclesiis cathedralibus per vicarium cultum expedire queant, id quod tamen plerique ad abusus ecclesiarum recte referunt.

§. XVII. Immo (3) inde quoque fluit, nec commissarios regulariter subdelegare posse, quatenus *grauitas causse* personæ industriam requirit, nisi de voluntate vel *expressa* vel *tacita* delegantis constet. Delegati Pontificis subdelegare quidem possunt, *c. 3. X. de offic. & pot. iudic. del.* sed hoc ideo, quia Papa non alios, quam in dignitate constitutos ecclesiastica delegare solet, *c. u. de rescript. in 6.* quibus ex dignitate, quam gerunt, hoc speciatim concessit. *c. 27. vers. intentionis X. de offic. & pot. iudic. deleg.* Additur tamen in *c. cit. 3.* hæc limitatio: *nisi forte causse ita graues sint, quod sine presentia tua non possint commode terminari.* Neque enim causse, quæ committuntur, semper *ex se & suanatura* profus graues sunt, adeoque ad qualitatem causse omnino respiciendum est. Equidem omnes causas, etiam graues, subdelegari posse, censuit GONZALEZ *ad cit. c. 3. n. 4.* vt admodum *grauiores* tantum exceptæ sint, sed reuera fucum facit, cum *grauiores* causse non aliæ censendæ, quam & quarum insigni præiudicio & pondere constat, personæ industriam esse electam. Similiter etiam Cæsaris delegati illustres etiam subdelegant, sed vix hoc trahi potest ad eos, quis *expriuatorum* forte delegati sunt, vt obseruauit demonstrauitque *in iur. eccl. Protest. l. I. tit. 29. §. 15.*

§. XVIII. Quinta regula: *CAVSSA MINOR NON FACIT PRAEIVDICIVM MAIORI.* Ait Ictus in *l. 54. D. de iudic.* *Per minorem causam maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet: maior enim questio minorem ad se trahit.* Pro recto huius legis sensu notandum est, præ-

Inde quoque nec commissarii regulariter subdelegare queunt.

Regula V.  
Causa minor non facit præiudicium maiori.  
Præiudicium quid?

*præiudicium* hoc idem esse, quam quod *præiudicandum* seu *ante dicendum* est, duobus vel pluribus quæstionibus forsan concurrentibus, vt notat IAC. RAEVARDVS *lib. I. de præiudic. c. 1. in f.* Quando enim olim in ius ventum erat, actorque sibi dari actionem postulabat, Prætor ante omnia cognoscebat, an actio esset danda, & annon alia forsan quæstio & causa esset ventilanda nec ne? *l. 1. famil. hercisc. l. 25. de petit. hered. l. 17. de except. l. 15. ad L. lul. de adult.* Si itaque appareat, aliam causam, ex cuius decisione mota quæstio decidenda erat, ante omnia esse excutiendam, antequam vel in criminalibus reus inter reos reciperetur, vel in ciuilibus actio instituta tractaretur, *præiudicio* locus esse dicebatur, de quo ante omnia cognoscendum erat. RAEVARDVS *cit. l. c. 10.* Sicuti vero præterea §. 2. *seqq.* ostendit, de iure Romani magistratus *maiores* & *minores* peculiari & Romani proprio significato distinctos fuisse, ita recte censet RAEVARDVS *lib. II. de præiudic. c. 7. in cit. l. 54. maiores & minores causas* distinctas fuisse secundum diuersam magistratuum diuisionem, vt *minores* dicerentur, quæ ad magistratus iudicesque *minores* pertinerent, *maiores*, quæ cognitioni *maiorum* magistratuum reseruatae erant, prout supra etiam dictum est.

Quænam in regula adducta causæ maiores & minores sint.

Sensus regulæ illustratur.

§. XIX. Sensus itaque regulæ hic est: *Ille, qui de causa maiori suo iure ius dicit. minorem causam, ei coherentem & incidentem quoque decidit, quamuis alias de ea ordinarie ius non dicat, cum causa maior minorem ad se trahat.* Sic qui de crimine cognoscit, etiam de finibus, tanquam incidente quæstione, cognoscere potest, *l. 4. §. 4. fin. reg.* & sic iudex, qui de crimine proposito cognoscit, est etiam competens in causa incidente, quamuis hæc principaliter illa quæstio ventilaretur, competens non esset. *Vol. I. cons. Marpurg. 6. n. 3.* Præterea olim *Præses Prouinciæ, de falso causam cognoscens, incidentem proprietatis quæstionem, (quæ in factis consistebat,) dirimere poterat. l. 1. C. de offic. rector. prouinc.* Et si *præses prouinciæ*

ciæ quæstionem iuris de rupto testamento explicabat, poterat etiam vniuersam quæstionem incidentem, quæ in iudicium deuocatur, examinare, *quoniam non de ea principaliter, sed de hereditate pronunciat*, vt aiunt Imperatores in *l. l. C. de ordin. cognit.* Quæstio criminis maior censetur ciuili, adeoque hæc præmittenda, vt *fnis criminalis negotii initium ciuili quæstioni tribuat. l. 4. C. ead. conf. MEV. P. I. decis. 69.* Hoc pontificii egregie in vsus suos traxerunt, postquam statuerunt & laicos in hæc verba iurare coegerunt, iudicem ecclesiasticum esse maiorem, secularem vero minorem, vt explicui in *iure eccles. lib. II. tit. 10. §. 4. cap. seq.* explicandum erit.

§. XX Regula sexta est: **IN CAUSSA ARDUA IMPEDITVS NON TENETVR MITTERE PROCVRATOREM.** Quamuis enim alias absens per procuratorem comparere teneatur, ita vt hoc non factò, non facile ex causâ absentia restitui possit in integrum, de quo plenius agit **ODDVS de restit. in integr. P. I. qu. 30. art. 1. seqq.** merito tamen eum excusandum esse censent, qui in causâ *maxime ardua & grauissima* implicitus fuit, **ODDVS cit. l. art. 17. BLASIVS ALTIMARVS de nullit. sentent. P. 2. qu. 249. n. 81.** cum admodum durum videatur, cogere aliquem, vt causam magni ponderis procuratori committat, cui rectius forsân per semetipsum posset prouidere, *l. 16. pr. pro soc. & quamuis alias tantum iis, qui reipubl. causâ absunt*, id præsterur, ne necesse habeant, se per procuratorem defendere, *l. f. D. eum qui appell. in prouinc. def.* adeoque iis, qui ex alia causâ absunt, idem non præstandum sit, merito tamen simul ad *causse qualitatem* hic respiciendum esse recta ratio suadet. Desiderant autem causam tanti præiudicii, in quo, si perperam ageret procurator, reparatio damni ab eo sperari haud posset. **ODDVS cit. l. n. 87.** Nerusus controuersia potissimum huc redit: *an iuste impeditus excusetur, si procuratorem haud miserit in causâ grauissima & maxime ardua, vt nihilominus possit*

Reg. VI. In ardua causâ nemo potest cogi ad constituendum Procuratorem.

possit restitutionem in integrum petere? Quod adfirmandum cenſeo, ita vt culpa hæc, quod procuratorem haud conſtituerit, eum imputari non debeat: tota reſtitutio in æquitate naturali fundata eſt; ad quam potiſſimum reſpiciendum, adeoque ex facti circumſtantiis, quæ variæ eſſe poſſunt, decifio potiſſimum deſumenda eſt. *l. 26. in f. ex quib. cauſ. mat.* Collineat hic etiam Pontifex in *c. 2. X. de procurat.* & expreſſe ait: *cum non poſſit quis cogi, niſi velit, IN GRAVIBVS CAVSIſ procuratorem miſtere.* conf. BARBOSA *ad cit. c. 2. n. 3.* Hoc tamen minime prod-eſt *contumaci*, vt pote qui, ſi per procuratorem comparere noluit, per ſe tamen comparere debuiffet, *c. 54. X. de teſtib.* quin quod & illis prodeſſe haud poſſit, qui omnia ſecundum ſtylum iudicii per procuratorem expedire debent, vt conſtitio procuratoris ſit neceſſitatis, cea in tribunalibus ſupremis iuris eſſe ſolet.

Regula VII.  
Quod in ar-  
duis negotiis  
maior gradus  
culpæ præ-  
ſtandus ſit.

§. XXI. Regula ſeptima eſt: *IN ARDVIS NEGOTIIS MAIOR CVLPÆ GRADVS EST PRÆSTANDVS.* Non leues ſunt interpretum fluctus in doctrina de *preſtatione culparum*, qui vnice inde orti videntur, quod primario regulæ, quam Ictus in *c. 5. D. commod.* tradit, inhære, quam rem ex principiis naturalibus, quibus primario Icti in ſpecialibus quæſtionibus inſtiterunt, explicare maluerint. Conclamarum eſt, regulam in *l. 5. cit.* traditam, non eſſe adæquatam, nec *obligationibus facti* applicari poſſe, adeoque leges aliæ, quarum inſignis in hæc materia numerus in promptu eſt, conferendæ exunt, ex quibus apparet, regulariter in omnibus negotiis *culpam leuem* eſſe præſtandam, ſeu *boni patris famil. officium* implendum, quod vbique ſere Icti ob oculos in decifionibus ſuis habuiſſe videntur, vt terminis non iisdem mentem ſuam expreſſerint, vt obſeruauit in *introd. ad Digefſta tit. commod. circa finem.* Cum vero plures occurrere poſſint circumſtantiæ, ex quibus etiam debitor ad culpam minutiffimam & leuiſſimam obſtringi queat,

queat, nonnumquam a regula tali recedendum fuit. Primario autem Icti respiciendum esse censuerunt ad ipsam negotii contracti naturam indolemque, & aliquando secundum illam gradum diligentiae determinarunt, & quidem recte, cum iura ad ipsa negotia accommodari debeant, prout c. l. §. 2. *sqq.* dixi. Quid enim, si quis in contractu quodam suscepit negotium *arduum, magni momenti, multisque obnoxium periculis*, in quo etiam diligentior facile errare potest, an non eum diligentiae gradum promississe videtur, quem natura rei postulat, & sine quo perfici nequit? Certi iuris est, in locatione conductione regulam antea allatam obtinere. Sed *qui columnam transportandam conduxit, si ea, dum tollitur, aut portatur, aut reponitur, fracta sit, ita id periculum praestat, si qua ipsius eorumque, quorum opera vretetur, culpa acciderit, culpa autem abest, si omnia facta sunt, quae diligentissimus quisque observaturus fuisset.* Ita censuit Ictus in l. 25. §. 7. *D. locat.* nec aliter censere potuit, quia conductor negotium magna praecautione & solertia perficiendum susceperat, ad quod *artificium singulare*, non *vulgaris* opera desiderabatur. l. 9. §. *pen. locat.* Porro *si gena includenda aut insculpenda data sit, eaque fracta sit, siquidem imperitia facientis, erit ex locato actio l. 13. §. 5. loc.* quia affectare nemo debet, in quo vel intelligit vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam fore. l. 8. §. *f. ad l. Aquil.* Circa conditionem rerum fungibilium omnis diligentia, etiam exactissima, adhibenda est, cum haec res sua natura singularem curam & sollicitudinem desiderent. l. 2. & 3. *D. de act. emt.* Procurator iudicialis suscipit arduum negotium, periculi plenum, maxime si processum iuris Romani antiquum intuemur, in quo facile quis labi poterat cum dispendio totius causae; ergo merito omnis culpa ab eo praestanda erat, l. 13. *C. mandari.* licet in negotiis extrajudicialibus tantum culpa levis esset praestanda, nisi etiam haec ardua maximique momenti essent. l. 8. §. *f. l. 10. pr. mand.*

Regula VIII.  
examinatur,  
an in causis  
arduis ciuili-  
bus ad tortu-  
ram deneniri  
possit?

§. XXII. Octaua regula est: *IN CAUSSIS CIVI-  
LIBVS ARDVIS AD TORTVRAM DEVENIRI  
POTEST*; has enim æquiparare solent criminalibus, in  
quibus tortura regulariter locum inuenit. Ita censent  
HYPPOLITVS de MARSIL. *in præf. §. expedita n. 59. seqq.*  
MANZIUS *in special. in iure comm. voce arduitas n. 3.* CARP-  
ZOV. *Prax. crimin. qu. 119. n. 37.* HARPPRECHT. *Vol. nouo  
conf. 9. n. 15.* qui potissimum prouocant ad *c. 1. X. de pos.* Sed  
falluntur, qui ita sentiunt, quod etiam plerique ex addu-  
ctis agnoscent, dum tales causas ciuiles supponunt, quæ  
tale crimen, ob quod res torqueri potest, annexum ha-  
bent, adeoque tortura decernitur, non quia *caussa ciuilis  
ardua* est, sed quia crimen annexum habet, cuius nomi-  
ne *criminaliter* agitur. Nec aliquid præfidi dissentientibus  
conciliat *c. 1. cit.* in quo agitur de *deposito*, a deposita-  
rio oblato, in quo poterat ob furtum tortura decerni, vti  
obseruat optime GRANNA-NIETTO *ad cir. c. 1. n. 7.* atque:  
*licet a principio causa illa ciuilis esset, tamen propter ini-  
quam depositi subreptionem & furri dissimulationem in cri-  
minalem fuit conuersa, & inde tortura locum habuit,* quin  
quod neget GONZALEZ *ad cir. c. 1. n. 3. de tortura in cit.*  
*dx. agi,* quod vel inde probabile est, quia de clerico quæ-  
stio erat, qui a tortura immunis est, & verba illa: *ut il-  
lum iniquam sub questionibus ad rationem ponant,* non ne-  
cessario torturam inuoluunt, cum *questiones* etiam *sim-  
plices interrogaciones* denotent. Idem quoque eiuicunt  
exempla, quæ adducere solent. Sic mercatores, qui do-  
lole dilapidarunt bona, ad hoc, vt pecunias sibi creditas  
itemque chirographa & rationes, quas adhuc penes se  
habere negant, creditoribus suis indicent, tormentis  
sibiici vel ideo possunt, quia *stelliones* sunt, immo *fe-  
res.* BOERIUS *decis. 215. n. 1.* CARPZ. *cit. l. n. 38. seqq.* HARP-  
PRECHT. *cit. l. n. 16.* Idem de inuentore thesauri in fundo  
alieno, eumque occultante, dicendum esse liquet, quia a  
*fure* haud abfimilis est. CARPZOV. *pr. crim. qu. 86. n. 29.*

LAVTER-

LAVTERBACH. *de thef. ih. 82.* Denique etiam testes in *caussa civili ardua*, veritatem occultantes, vel in testimonio perhibendo vacillantes, torqueri posse censent, quia a suspitione *falsi* haud sunt immunes. CARPZ. *cit. qu. 119. n. 46.* HARPPRECHT *cit. l. n. 17.* vbi tamen multa concurrere debent, vt demum ad torturam deueniri queat, nec vltra gradum primum progrediendum.

§. XXIII. Regula nona est: *SVB CONCESSIONE GENERALI NON CENSENTVR COMPREHENSARDA*, quippe quæ concedens referuasse & excepisse ex *magnitudine negotii* præsumitur. Sic in delegatione & concessione cognitionis causarum non censetur delegata & concessa cognitio causæ criminalis læsæ Maiestatis, quia hoc crimen dicitur arduum. MANZIVS *cit. l. n. 18.* B. STRYK *in V. M. ad tit. ad L. Iul. Mai. §. 13.* Similiter simpliciter concessa iurisdictione aut venatione, nec *criminalis*, quæ ardua censetur, nec *minor venatio*, quam in precio summo Principes habent, concessa videtur. B. STRYKIVS *in V. M. ad tit. de iurisd. §. 13. in f.* vbi hanc addit rationem: quod hic agatur *de re magni momenti, quæ non solet tacite transferri.* Regula hæc potissimum vtuntur Pontificii in limitibus iurisdictionis ecclesiasticæ constituendis, vti *capite seq.* expediam, & cum hæc ipsa quoque ex *regula sequente* illustrari queat, statim ad illam progrediar.

Regula IX.  
explicatur.

§. XXIV. Regula decima est: *ARDVA SPECIALE MANDATVM DESIDERANT*, id quod fuit ex regula in §. *antec.* explicata, quia sub generali concessione haud comprehenduntur. Doctrina hæc potissimum vsum præbet in mandatis procuratorum. Nam regula est: *qui ad agendum vel defendendum ac generaliter ad omnia, etiamsi exigunt mandatum speciale, constituitur procurator ex vi generalitatis huiusmodi, ad aliquem articulum, in quo speciale mandatum exigitur, admitti non debet.* c. 4. de proc. in 6. Quænam autem sunt illa, quæ speciale

Regula X.  
exponitur,  
quod ardua  
requirant  
mandatum  
speciale.

speciale mandatum desiderant? Respondeo *in iur. eccles. Protest. lib. I. tit. 38. §. 10. que præiudicium non leue principali adferre queunt, vel arduis & magni momenti rebus accenseri debeant: quod etiam confirmat CARPZOVIVS lib. III. resp. XI. n. 8. & exemplo recognitionis documentorum, tamquam re magni præiudicii lib. II. resp. 99. n. 55. illustrat. Sic ad sponitalia contrahenda, adeundam hereditatem, transactionem, alienationem, compromissum, restitutionem in integrum, remissionem iuris, delationem iuramenti, eiusque præstationem, declarationem caducitatis, renunciationem litis & ad quamvis causam, que aduersario grauis & ardua est vel etiam nobis, speciale mandatum exigitur, vt loquitur Dn. LYNKER de *form. procur. c. V. §. 23.* additque hanc generalem regulam: *in genere tenendum est, quod in quouis arduo & ponderoso negotio mandatum speciale desideretur.* Hinc recte huc refertur (1) *impositio arresti*, que aduersario admodum grauis est. CARPZOV. *lib. IV. resp. 36 n. 4.* (2) *Captura petito* eiusque reuocatio CARPZ. *lib. III. resp. u. n. 7.* (3) *Obiectio criminis* electo facienda *cl. 2. de proc.* (4) *Institutio actionis famosæ*, quoniam famæ causa est, vt dicitur *in l. 39. §. 1. de procur.* (5) *Reassumptio litis.* FINCKELTHAVS *Obs. no.* alique plures actus præiudiciales relati a Dn. LYNKERO *cit. l. §. 20. sqq.**

Regula XI.  
illustratur.

§. XXV. Vndecima regula est: *IN ARDVIS CAUSIS FACILIVS SUBVENIENDVM NEC APICIBVS IVRIS INHAERENDVM.* Grauißimum præiudicium, quod in iis versatur, sæpe desiderat extraordinarium iudicis auxilium, cum alioquin ex apicibus iuris quis foret præcludendus. Sic post conclusionem aut publicationem testium nouæ probationes regulariter non admittuntur. Sed in causis *arduis & maioribus*, non obstante conclusione aut publicatione testium, pro re nata nouæ probationes fieri possunt, MANZIVS *cit. l. n. 38.* inprimis in causis criminalibus, BERLICH. *P. I. concl. 51. n. 8.*



51. n. 8. matrimonialibus, IDEM *cit. l. n. 18.* & ecclesiasticis, IDEM *cit. l. n. 42.* Quorsum pertinet regula, quod licet causæ civiles suum processum ordinarium habeant, interdum tamen, quando graues & arduæ sunt, sapiunt quodammodo naturam criminalium, vt non fricte subtilitati processus inhærendum sit. MANZIUS *cit. l. n. 2.* Immo si quid erratum sit in processu, facilius iudex esse debet ad subueniendum læso per restitutionem in integrum, cum hic euidentissimum & grauissimum damnum subfit.

§. XXVI. Atque ex hac regula quoque fluxit vltima: Vltima regula explanatur.  
 IN ARDVIS CAUSSIS MVLTÆ CONTRA ORDINARIAM IVRIS RATIONEM FIERI ET DECERNI POSSVNT, quæ etiam sua luce radiat. Sequestrum regulariter est prohibitum, l. i. C. de probib. sequestr. cum ab executione non sit inchoandus processus, sed potius quilibet in sua possessione defendendus. COTHMANNVS *Vol. III. res. 35. n. 128.* MEV. P. II. *decis. 247.* Interim quando grauissimum imminet præiudicium, & defensio possessionis tantæ est difficultatis, vt periculum & turbas per eandem amoliri impossibile sit, illa omnino decerni potest, MEVIUS P. V. *decis. 232. n. 3.* HARPPRECHT *vol. non. conf. l. n. 842. seqq.* quo ipso receditur etiam ab illa iuris ratione, quod *litis pendente nihil sit innouandum*, quod tamen *grauitas causæ* permittit, adeo vt etiam personæ liberæ quandoque sequestrari possint, prout pelenius explanat Dn. COCCIEVS *de sequestr. femin.* Ceterum si appellatum est, sequestrum, si causæ circumstantiæ illud esflagrant, non ab *inferiori*, sed *superiori* suscipi debet. HARPPRECHT *cit. l. n. 833. seqq.*

## CAPVT III.

DE  
CAUSSIS MAIORIBVS  
ECCLESIASTICIS.

## §. I.

Lites de caus-  
sis maioribus  
ecclesiasticis.

**M**ultæ contentiones de causis maioribus & arduis ecclesiasticis definiendis & olim fuerunt, & seculo præterlapso recruderunt inter aulæ Romanæ addictos, & vindices auctoritatis episcopalis, quorum partes Galli præ cæteris strenue tenent. Lites hæc potissimum exfuscitæ sunt occasione iuris appellandi ad Pontificem, quod quidam olim non obtinuisse contendunt, quidam id restrinxere ad causas maiores, quidam denique impudentius de quibusque causis olim facultatem appellandi ad sedem Romanam viguisse asserunt. In fauorem aulæ Romanæ scripserat DAVIDVS librum de iudiciis Episcoporum canonicis, quo PETRI DE MARCA & IOHANNIS LAVNOII sententiam, olim scilicet ad pontificem appellationes non paruissè, paulo acerbius impugnauerat. Huic responderunt ANONYMVS in *rr. de antiquis & maioribus episcoporum causis*, anno 1678. edito, & PASCHASIVS QVENELLVS in *dissertat. ad Leonem* alique: in hos rursus calamum strinxit, aulæ Romanæ addictissimus, CHRISTIANVS LVPVS, cuius sophismata resoluit LVDOVICVS ELIAS du PIN de *antiq. eccles. disciplina dissert. II.*

In quo dis-  
sidentibus  
conuenerint?

§. II. In eo video dissentientes conuenire, (1) quod iurisdictio proprie dicta ecclesiæ competat: (2) quod hæc episcopis demandata fuerit in singulis ecclesiis: (3) quod episcopi in suis Parochiis causas mediocres vel minores definire potuerint: (4) quod maiores tamen & arduæ ad iudicia episcopalia maiora seu prouincialia referri debuerint, quales dicebantur esse *causæ fidei, episcoporum depositionem vel grauiorem ecclesiasticam disciplinam* concernentes.

nentes. Vtrum vero in hisce olim Pontifici Romano quædam prærogatiua competierit, vt sine huius assensu definiri haud potuerint, immo an in eis appellationes ad illum olim patuerint, id ipsum est, quod Galli & Romani in controuersiam vocarunt. Non patitur ratio instituti, vt rationes, quæ ab *exemplis & obseruantia antiqua* trahuntur, excutiam, interim paucis tantum artes aulæ Romanæ & Episcoporum referam, quibus illa causarum maiorum definitionem, hi vero suam libertatem defendere annisi sunt.

An Pontifici olim in causis maioribus prærogatiua competierit?

§. III. Paucis præmitto, ecclesiæ, qua tali, nec *iurisdictionem* competere, nec olim ab ea exercitam fuisse, quod contra Pontificios nostrates passim probarunt. Interim cogitandum est, tribus prioribus seculis res Christianorum omni publico destitutas fuisse subsidio & defensione: ecclesiæ collegiis reprobatis & illicitis accensebantur, oppressæ, derelictæ, & publicis persecutionibus expositæ erant, quamuis interim egregia facerent incrementa, & ex cineribus oppressorum quotidie plures resurgerent, qui Christo nomen darent. Stetit ergo in tantis persecutionibus ecclesia, & quidem stetit immota, nec denegatio publicæ defensionis illi fraudi fuit, nisi quod derelicta a republica rebus suis prospicere, & a semet ipsa subsidia, inique denegata a republica, petere debuerit. In eum itaque statum cum res Christianorum coniectæ essent, disciplina quadam priuato coeuntium pacto placuit, vt omnia *ordine & decenter* fierent, & præcaueretur, ne quid detrimenti caperet ecclesia. Hinc inualuere eiectiones lapsorum, remotiones præpositorum, inordinate ambulantium; & aliæ censuræ, quæ quidem non per modum *iurisdictionis propriæ dictæ* exercebantur, interim tamen, ne iniquitas comitteretur, in figura cuiusdam *iudicii*, priuato coeuntium placito constituti, decernendæ erant, id quod apud singulas fiebat ecclesias, præfidente Presbytero, *TERVLLIANO apol. c. 39. et CYPRIANO epist. 52. testibus.* Quia tamen causæ incidentes non vnus eiusdemque natura

Præsupposita quadam præmicuntur.

Ratio iudiciorum antiquorum ecclesiasticorum.

G

turæ

turæ & grauitatis erant, ita, regulis prudentiæ id suadentibus, discussiones caussarum hoc modo instituebantur, vt quæ particulares tantum concernerent ecclesias, earumque disciplinam, iudicio privato singularum ecclesiarum relinquerentur, & *vnusquisque causa illic audiretur, vbi commissum esset crimen*, vt ait CYPRIANVS *epist. 59.* Si autem maiores grauiioresque caussæ incidebant, ex quibus motus & turbæ, per complures ecclesias sese diffunderent, erant metuendæ, concilium provinciale contrahebatur, & cominuni consilio eorum, qui ab ecclesiis, intra prouinciam constitutis, delegati erant, rei ecclesiæ communi consulebatur, & ita hæ Synodi iudicia quasi maiora ecclesiastica constituiebant, in quibus, caussa cognita, eodem fere modo iudicabatur, vt in priuatis singularum ecclesiarum iudiciis, teste CYPRIANO. *cit. l.* Huc potissimum pertinebat, si quis episcoporum in hæresin inciderat, vel aliter deliquerat, vt deponendus vel eiciendus esset. *Idcirco*, ait rursus episcopus Carthaginensis *Epist. 68. frater carissime, copiosum corpus est sacerdotum, concordia mutue glutine atque vnitatis vinculo copulatum, vt si quis ex collegio nostro hæresin facere & gregem Christi lacerare & vastare tentauerit, subueniant ceteri & quasi pastores, vbinis & misericordes oues dominicas in gregem colligant*, quod *epist. 67.* nouo exemplo declarat. Cum circa annum 256. PAVLVVS Samosatenus, Antiochenus episcopus, in hæresin aliaque crimina incidisset, simile iudicium Antiochiæ contractum est, teste EVSEBIO *lib. VII. H. E. c. 27.* & de PAVLO sententia depositionis lata. *Ex quo planissime*, ait AVTOR anonymus *de caussis antiquis maior. p. 22. perspicimus, episcopum criminis postulatum, reddere rationem villicationis sue coram concilio prouinciali, & fuisse examini obnoxium ac censuræ, ceu iudicio subiectum, vbi criminis testes occurrere poterant.* Atque hæc erant iudicia maiora, nec vllum sincerum antiquitatis occurrit vestigium, episcopi Romani,

Romani, ceu iudicis maioris, interuenire debuiffē auctoritatem.

§. IV. Eadem praxis confirmata in *Concilio Nicæno* c. 5. vbi cautum: (1) Vt cauffæ deponitionis per vnā quamque prouinciam expedirentur: (2) Vt hi, qui deponiti & ciecti efferent, ab aliis haud reciperentur: (3) Vt per vnāquamque prouinciam bis in anno concilia celebrarentur, & ibi huiusmodi quæstiones discuterentur. Atque hoc quidem *regulariter* obtinebat: ceterum si grauiores adhuc morus imminebant, toti imperio vim inferentes, *extra ordinem* seculo IV. & seqq. concilia *æcumenica* ab Imperatoribus conuocabantur, & in iis cauffæ fidei controuersæ decidebantur, maxime cum episcopi Imperatorum mentibus infinauerant, ab episcopis has lites esse decidendas, & *grauitatem cauffe* desiderare, vt ab omnibus vndique oris Episcopi, ceu *iudices legitimi*, conuocarentur, quorum sententiam Imperator postmodum executioni mandare obstrictus esset: quin etiam nonnunquam eueniebat, vt cauffæ in iudiciis synodalibus discussæ in *maioribus Synodis*, auctoritate Cæsaris collectis, retractarentur, vt vel cauffa ATHANASII euidenter docet, conf. PETRVS DE MARCA *lib. VIII. de C. S. & I. c. 2.*

§. V. Verum quo magis controuersia seculo IV. inter Episcopos crescerent, eo facilius Episcopus Romanus, occasione opportuna ita ferente, *maiores cauffas* suæ cognitioni pederentim addicere potuit. Sed sicuti vno ietu nulla arbor cadit, ita *per gradus* eundem erat. Præuidebat Præsul Romanus obstacula, quæ non *vi*, sed *astutia* & *clandestinis artibus* superaanda erant. Igitur his velut gradibus ad suprematum sibi emergendum esse censuit. Primus gradus fuit, non *suo* tantum, sed occidentalium etiam *episcoporum*, in Synodis collectorum, *nomine* prætere, cauffas *maiores* se inconsultis dirimi non posse. Anno 341. concilium Antiochenum damnauerat ATHANASIVM, eumque sede sua expulerat. ATHANASIVS Romam petiit,

Praxis antiqua iudiciorum ecclesiarum confirmata in concilio Nicæno.

In cauffis fidei grauioribus concilia vniuersalia conuocabantur.

Occasio prima, qua Papa cauffis maioribus sese immiscuit seculo IV.

A Iulio I. in  
caussa Atha-  
nasii arrepta.

tiit, postquam hostes eius Eusebiani IULIO, Romano  
Episcopo, causse arbitrium detulerant, & ab eo Synodum  
perierant, teste ipso ATHANASIO apol. II. p. 739. quam-  
uis eos postea facti pœnituisse. IULIVS nihil eunctatus,  
Synodum coegit, & cognita innocentia Athanasii, eum  
absolvit, & ad communionem rursus admisit. Acgre id tu-  
lerunt Antiocheni, & acerbiores ad IULIVM direxerunt  
litteras, in quibus ab ecclesie legibus alienum esse aiebant,  
iudicia orientalium retractare in concilio occidentalium.  
His respondit IULIVS, & suo & Synodi nomine, & ea occa-  
sione iudicium sibi de *caussis maioribus* confirmavit. *Si, ve  
dicitis, scribit, omnino in culpa fuerunt, oportuit secun-  
dum canonem & non isto modo iudicium fieri; oportuit scri-  
bere omnibus nobis* (Romæ congregatis, inter quos IULIVS  
primatum tenebat) *ut ita ab omnibus, quod iustum  
esset, decerneretur.* Rationem hanc addit: *Episcopi enim  
erant, qui patiebantur, & non vulgares ecclesie, quæ  
ista patiebantur, sed quos ipsi apostoli suamet opera ad fi-  
dem instraxerant. Cur igitur imprimis de Alexandrina ci-  
vitate nobis scribere voluistis? an ignari estis, hanc consue-  
tudinem esse, ut primum nobis scribatur, & dehinc, quod  
iustum est, desiniri possit.* Ut vero Romanæ ecclesie præ-  
rogativam ea in re extolleret, statim addit: *quapropter  
si istic huiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id  
huc ad nostram ecclesiam referri oportuit h. e. ad sedem Ro-  
manam.* Forſan ad mentem IULII, quæ teste scripserat,  
occultaueratque, explicuit SOCRATES lib. II. c. 17. aiens:  
*regula ecclesiastica interdictum esse; ne præter sententiam Ro-  
mani Pontificis quidquam ab ecclesia decernatur.* Sed ubi-  
nam hæc est regula ecclesiastica, hic canon? Prouocat  
IULIVS ad *consuetudinem ecclesiasticam*, sed ubi hæc? tan-  
tum in cerebro IULII nata & efficta. Sane PAVLI Samo-  
ſateni depositio, qui Præsul in ecclesia Antiochena erat,  
contrarium docet, quæ *caussa maior* utique erat, sed in-  
consulto Romano episcopo decidebatur, quod etiam agno-  
ue-

Sub prætextu  
violatæ con-  
ſuetudinis.

Quæ tamen  
non erat fun-  
data.

uerunt DV PIN in *tr. de discipl. antiqua eccl. diff. 2. p. 163.*  
& SAMVEL BASNAGE ad *ann. 342. §. 6.* Equidem sole-  
bant Episcopi in seculis anterioribus in *caussis grauioribus*  
& *arduis* aliorum quoque explorare sententias & consilia,  
sed non præcise episcopi Romani, & præterea hæc res *ar-*  
*bitraria* erat, vnde nemo sibi *ius perfectum* adferbere  
poterat.

§. VI. Ita, alea semel iacta, non subsistendum fuit,  
sed nouo gradu procedendum. Anno 347. ad finiendas  
dissensiones, quæ ecclesias afflixerant, concilium Sardi-  
cense indictum est, quo occidentales præualebant, cum  
plerique orientalium discesserant, vnde non Synodus *œcu-*  
*menica* sed *occidentalium* dicta fuit. vid. EPIPHANIVS  
*heres. 71.* Discessus hic admodum profuit IVLIO eiusque  
affectis, qui consuetudinem, antea in dubium ab orientali-  
bus vocatam, confirmandi idoneam nacti erant occasio-  
nem. Res ex voto cedebat. Nam *can. III.* cauebatur: *quod si*  
*aliquis episcoporum iudicatus fuerit in aliqua caussa, & pu-*  
*tar se causam bonam habere, vt iterum concilium renouet-*  
*tur, si vobis placet. S. Petri Apostoli memoriam honoremus,*  
*vt scribatur ab his, qui causam examinerunt, IVLIO Ro-*  
*mano Episcopo, & si iudicauerit, renouatum esse iudicium,*  
*renouetur, & det iudices; si autem probauerit, talem caus-*  
*sum esse, vt non refricentur ea, que acta sunt, que de-*  
*crenerit, confirmata erunt, si hoc omnibus placet. Respondet*  
Synodus, placet. HOSIVS, Præses concilii, & IVLIO eo  
magis deditus, quod ATHANASIO fauerat, hæc omnia in  
orientalium dedecus fabricauerat, cui Synodus, clamori-  
bus inconditis, facile consentiebat, vtpote quæ sæpius,  
caussa non examinata, statim plausum dabat. Hic plus tri-  
butum IVLIO & successoribus eius, quam antea habebant,  
quod HOSIVS aperte indicauit his verbis: *Si vobis placet,*  
quod illustrissimus Archiepiscopus Parisiensis MARCA I. VIII.  
*de C. S. & Imper. c. 3. §. 8. sqq.* plenius probat. Adhuc ma-  
ius ius Romanæ aulæ affectæ hic Pontifici datum asserunt,

Noua occasio  
Pontifici sup-  
peditata fuit  
in concilio  
Sardiceni  
causas maio-  
res ad se tra-  
hendi.

ius scil. appellandi ad sedem Romanam, quod tamen Galli ægre admittunt, teste Eodem cit. l. §. 12. sqq. quocum facit DV PIN cit. l. p. 109. Quicquid sit, hoc expeditum est, Papæ hoc canone tale ius tributum esse in *caussis maioribus*, quod appellationi non ab simile videtur, vti ex c. 5. euidenter apparet: *Osus episcopus dixit, placuit autem, vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, qui deiectus & confugerit ad episcopum Romane ecclesie, & voluerit se audiri, si iustum putaueris, vt renouetur iudicium, vel discussionis examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant.* Sed quo minus hoc nouum ius in praxin deduceretur, multa obstabant. Discesserant orientales, nec hoc iugum sibi imponi passi sunt. Inde in obseruantiam per insigne temporis spatium illud non est introductum, obseruante MARCA cit. l. c. 4. sqq.

Quæ tamen non statim in praxin deducta sunt.

Noua ergo arte opus fuit, vt Sardicenses canones in praxin deducerentur, & pro Nicenis venditarentur.

§. VII. Nouo ergo gradu opus fuit, vt felicior esset progressus. Sardicenses canones in Romana ecclesia Nicenis adiungendi, vt horum auctoritas illis simul tribueretur, & nomine *Nicanorum* canonum plus roboris & virium haberent. Ni me omnia fallunt, id tentauit INNOCENTIVS I. in *epist. ad VICTRICIVM* Rotomagensem episcopum c. 31. scribens: *si quæ autem causæ vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, vt secundum SYNODVM NICÆNAM congregatis eiusdem prouinciæ episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat (sine præiudicio tamen Romane ecclesie, cui debet in omnibus causis reuerentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare Prouincias. Si autem MAIORES CAUSSAE in medio fuerint deuotæ, ad sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & vetus consuetudo exigit, post iudicium episcopale referan-*



referantur. Nullibi hoc Synodus *Nicæna* statuit, sed *Sardicensis* propius huc collineat in adductis verbis, quam *Nicænae* nomine indigitauit, & reuera fucum fecit. Eundem secutus est *ZOSIMVS* morem contra Africanos, qui ægre ferebant, iudicia a se legitime peracta refricari & retractari ab episcopo Romano. Vt itaque se ad causam legitimaret, anno 418. misit *FAVSTINVM* ad concilia Africae, qui tale ius *canonibus Nicænis* esse constitutum, iis persuaderet, qui id ipsum tamen in iis prorsus reperire non poterant. Tandem missis in orientem legatis, quo exemplaria genuina afferuabantur, fraus detecta & deprehensa fuit, non in *canonibus Nicænis*, sed *Sardicensibus* hoc nouum ius quaerendum esse, quod nec *MARCA cit. l. lib. VII. c. 15.* diffitetur.

§. VIII. Interim magna per occidentem episcopi Romani auctoritas fuit, quæ effecit, vt in causis *dubiis arduis & maioribus* sepius *relationes* ad ipsum fierent, & de *causis dubiis* consuleretur, quod in vsus suos immo necessitatem traxit *INNOCENTIVS I.* vt epistolæ eius ostendunt, quo ipso nouo veluti gradu *causas maiores* ad se raxit, saltem hoc effectu, vt sine eius præscitu nihil facile in iis definiri potuerit. Ita enim in *epist. ad Episc. Nucernianum*: mirari non possumus dilectionem tuam sequi instituta maiorum omnia, quæque possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos, quasi ad caput atque ad apicem Episcopatus, referre, vt consulta videlicet sedes apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronunciat. Confirmata hæc consuetudo eo magis est, quod *THEODOSIVS in l. 48. C. Theod. de episc. & l. 6. C. Iustin. de SS. eccl. def.* eam agnouerit, & similem prærogatiuam Constantinopolitano cencefferit. Verba legis hæc sunt: Si quid dubietatis concesserit, id oporteat, non absque scientia viri reuerendissimi sacrosanctæ legis Antistitis vrbs Constantinopolitana, (que Romæ veteris prærogatiua leuatur) conueniunt sacerdotali, sanctoque iudicio reseruari. Tribuit

Quia etiam de causis maioribus sæpe consulebatur Papa, hoc etiam in occasione traxit.

buit idem his verbis ius Constantinopolitano, quod Romanus Episcopus sibi vindicabat, quod an huic adeo acceptum fuerit, illi iudicare facile poterunt, qui nouerint, quanta inuidia hic illius progressus suscepit. Interim *per indirectum* Romano Episcopo ius, quod anxie antehac ambierat, confirmauit, vt tamen potius Pontifices Romani hoc reseruatum sibi debere contenderint. Nam anno 578. PELAGIVS II. *epist. 8.* ad IOANNEM Patriarcham Constantinopolitanum disertis verbis ait: *maiores vero & difficiles questiones, vt sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, ad sedem Apostolicam semper referantur.* Si praxin trium priorum seculorum intueor, relationes in *caussis grauioribus dubiis* frequentes erant, minime tamen vnice ad Romanum, sed alios quoque magnæ auctoritatis episcopos dirigebantur, quorum consilii eo libentius hi, qui dubiis districti erant, utebantur, cum disciplina ecclesiastica non satis erat determinata. Ad CYPRIANVM hinc inde, etiam ab ipsa Romana ecclesia, relationes factæ leguntur, nec in eo aliqua ecclesiæ Romanæ erat prærogatiua, multo minus *ius perfectum* inde sibi arrogare poterat, vt consilia eius necessario essent expectanda, vti postmodum Episcopus Romanus hoc ipsum in *necessitatem* traxit.

Hunc in finem quoque subigendi erant Episcopi Metropolitanæ & concilia provincialia tollenda.

§. IX. Quia tamen nihilominus, maxime in occidente, magna erat, tum Metropolitanorum, tum Synodorum auctoritas, ita vt vel illi plerasque *caussas maiores* peragerent, vel in *Synodis provincialibus*, quibus præerant, discutiendas proponerent, quod plenius ostendit MARCA *lib. VI. de C. S. & Imp. c. 13. §. 13. sqq.* nec præterea satis definitum erat, quænam essent maiores? (nam depositiones vsquæ ad tempora NICOLAI I. inter has haud referebantur vel ipso MARCA teste *lib. VII. c. 13. cit. iv. §. 8.*) nouo conatu ad opus semel inceptum perficiendum, vel ad minimum pedetentim proferendum opus fuit. Id autem aliter fieri non potuit, quam infringendo auctoritatem Metro-

Metropolitanorum & supprimendo concilia prouincialia. Hinc Metro-  
 Vt prius *bona gratia* fieri posset, induxit, spe maioris politanos  
 consequendæ auctoritatis, Metropolitanos, vt *vicariatum* constituit vi-  
 a se acciperent, qua esca eo facilius capi poterant, quia carios.  
 Romani Episcopi *Patriarchalis auctoritas* per occidentem  
 haud minima erat, indeque concludebant, se dignitate  
 maiori munitos fore, si *vicariatu* hoc coruscarent. Simi-  
 lis intentio fuit in *concessione pallii*, cum hoc non aliis, quam  
*vicariis* suis, daret, quo tandem factum, vt omnibus Metro-  
 politanis hic *vicarius* impositus sit. Sed quid inde? ais:  
 Scilicet postquam hoc *vicariatu* Metropolitani omnes dece-  
 pti erant, se ministros sedis Romanæ agnoscere postea de-  
 bebant, ex præscripto eius omnia agentes, quæ antea *pro-*  
*prio iure* agere poterant. Inde determinauit eorum potesta-  
 tem & magnopore minuit, dum plura sibi referuare poterat.  
 Inprimis vero sibi referuabat causas maiores & arduas, vt hæ  
 sine ipsius præcitu haud determinarentur. Docet id ipsum  
 LEO I. in epistolis ad *Episcopum Thessalonicensem*, cui iam  
*vicariatus* ab antecessoribus datus erat. Ipse LEO in *epist.*  
*ad Anastasium* satis amplis verbis eius potestatem, vicario  
 nomine peragendam, circumscribit, sed tandem referuat  
 sibi causas maiores, & pergit; *vt enim auctoritatem tuam*  
*vice nostra* exercere te volumus, ita nobis, quæ illic componi  
 non potuerint, vel qui vocem appellationis emisserint, refer-  
 uamus. Id ipsum quoque reperit in *sine epist. ad Episcopos*  
*Metropolitanos per Illyrium constitutos*, & si quæ uero, scribit,  
*causæ grauiores vel appellationes emisserint, eas sub ipsius*  
*relatione ad nos mitti debere decreuimus.* In quo au-  
 tem ius hoc referuatum confisteret, mox prodidit in casu,  
 quo ATTICVS veteris Epiri Episcopus quodammodo du-  
 rius ab ANASTASIO habitus esset, & hic eo nomine  
 querelas ad Episcopum Romanum detulisset. Redarguit eo  
 nomine ANASTASIVM Leo *epist. 48.* aiens: *Nam cum*  
*maiora negotia & difficiliore causarum exitus liberum tibi*  
*esset, sub nostra sententiæ expectatione suspendere, nec ra-*

tio tibi nec necessitas fuit in id, quod mensuram tuam excederet, deviandi. Quia enim ATTICVS Metropolitanus erat, existimavit Pontifex, priuato ANASTASIVM iudicio nihil de ATTICO discernere debuisse, presertim, ait, cum etiamsi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem. Et paulo post: Etiam si quid graue & inolerandum committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres, quam, quod nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tue credidimus caritati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in PLENITVDINEM POTESTATIS. Quae pars autem commissa esse censeatur, explicat IVO epist. 59. quae etiam pars, ait, modo plus, modo minus recipit pro arbitrio committentis. Ita Pontifex ad causas maiores, quicquid libitum erat, trahere poterat, id quod postmodum quoque maiori perfecit audacia, postquam conciliorum prouincialium auctoritas prorsus erat infraeta, quod quibus artibus factum fuerit, docet MARCA lib. VI. de C. S. & Imp. c. 14. & 15.

Mustum  
quoque praefidii Pontifici  
attulit collectio Pseudo-  
Isidori ad  
causas maiores sibi asserendas.  
Inde depositiones Episcoporum  
causis maioribus annumeratae.

§. X. Non leue porro huic doctrinae saeculo IX. dedit augmentum collectio spuria PSEUDO-ISIDORI, quae scilicet spuris epistolis Pontificum, qui ante SIRICIVM vixerant, conflata esset, a NICOLAO I. tamen magnopere commendata, vindicata, & in praxin deducta est. Promotor hic fuit insignis Pontificiae maiestatis, cui admodum inferuebat haec collectio, quam eo facilius in praxin deducere poterat, quod antiquitatis ecclesiasticae ignorantia ubique regnaret. Hac collectione speciatim cautum fuit, *causis maioribus* quoque accensendam esse *depositionem episcoporum*, adeoque eam non posse absque Episcopi Romani praesentia fieri, quod declarat DV PIN cit. l. p. 134. seq. immo vniuersimode inde petendam hanc praxin esse, docet MARCA Archiepiscopus Parisiensis lib. VII. de C. S. & I. c. 25. seq. Hac occasione paulisper *causae maiores* magis magisque determinatae sunt, quod Pontifex eo facilius post haec tempora facere

facere poterat, vbi Metropolitanorum est infracta auctoritas, concilia prouincialia suppressa, & spurii canones ecclesiis obtrusi, ex quibus quæuis audere poterat. Accessit nunciorum per omnes ecclesias & dioceses missorum auctoritas, qui omnia ad se rapere, & sub hoc pretextu quæuis sibi vindicare studebant, quæ hic latius exequi non vacat. Paucis tantum hic referam, quæ ex spuria collectione ISIDORI huc faciunt. In epist. FELICIS I. 3. apud BLONDELLVM in Pseudo-Isidoro p. 363. hæc leguntur: *Semper enim dubia & maiora negotia terminum ab hac S. sede a tempore Apostolorum, qui etiam suis documentis instruxerunt, accipere consuecunt.* In epistola IVLII I. apud EVNDEM p. 447. hoc confirmat impostor: *ad eam (ecclesiam ecclesie causæ & iudicia episcoporum recurrunt, eiusque sententia iusta terminum sumunt, quatenus non ita proterue & pro lubitu cuiuspiam suo proprio arbitrio quibusque metropolitanis, sicut agere solebant, liceat inconsulto Romano Pontifice aut maiores ecclesie causas deturbare, aut episcopos damnare.* Similis tenoris est DAMASII II. epist. 4. apud EVNDEM p. 525. cui Episcoporum iudicia atque maiores causæ, sicut paulo superius memoratum est, reseruatae sunt, atque solidatæ. In antecedentibus, ad quæ prouocat impostor, dixerat: *Sed definire eorum atque ecclesiasticorum summas querelas causarum vel damnare episcopos, absque huius sanctæ sedis auctoritate, minime licet.* In SIXTI II. epist. apud EVNDEM p. 344. hæc impostor repetit atque: *Cuius depositio in omnes maiores ecclesiasticas causas & episcoporum antiqua iudicia Apostolorum eorumque successorum atque canonum auctoritas reseruauit.* Idem hoc confirmare debuit MARCELLVS apud EVNDEM p. 393. his verbis: *ne ab eius (sedis Romanæ) dispositione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia (diuina disponente gratia) iussa sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumfere principia.*

H 2

MELCHIA-

MELCHIADES inprimis in *epist. ad Hispan. episc.* apud BLONDELLVM p. 426. grauitè hoc vrget, quod absque sedis Romanæ consensu nullus episcopus deponi debeat, cur? respondet impostor: *Quod DEI ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posteriorum cuncta sibi vindicarent, sed semper maiores causas, sicut sunt episcoporum & pontificum curæ negotiorum, ad vnam B. principis Apostoli in Petri sedem constuerent, ut inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium.* Ne vero vnice Pseudo-Pontificum assertio hæc constaret auctoritate, addenda fuit aliorum episcoporum confessio roborans. Hanc impostor prodidit in *epist. Aegyptiorum* ad FELICEM II. apud BLONDELLVM p. 491. aientium; quod nos nequaquam vobis inconsultis agere præsumimus, canonibus quippe iubentibus absq. Romano nos de maioribus causis nihil debere decernere Pontifice. Aiunt porro in seqq. in concilio Nicæno (quod apertissimum falsum est) esse constitutum, non debere absque Romani Pontificis sententia concilia celebrari, nec episcopos damnari, quod hæc duæ causæ maiores essent. En impostoris audaciam! sed fere tædium me cepit, omnes referre quisquillas, quæ hanc sententiam magnopere stabilierunt, qua postmodum Pontifices omnia pro lubitu ad sua reseruata trahere voluerunt, temporum barbarie iis admodum suffragante.

Denique legistarum regula multum profuit Pontifici, causas maiores maximos requirere iudices.

§. XI. Rebus ita stantibus, Pontifex sub prætextu *maiorum causarum* priuatue plura ad suam traxit cognitionem, inprimis vero INNOCENTIVS III. quod epistolæ eiusdem produnt. Erant eo tempore Legistarum Brocardica iam in omnium ore, quæ etiam Pontifex, quatenus sibi conducere videbantur, in suos applicauit vsus. Audiuerat, regulam iuris esse, *maiores causas maximos requirere iudices*, se vero omnium iudicum ecclesiasticorum maximum esse credebat, ita etiam, hac regula sussultus, plura reseruata sibi tribuebat, quæ olim eius priuatæ dispositioni haud erant subiecta. Sic itaque, vt ex pluribus quasdam referam,

referam, inter maiores causas retulit (1) causas fidei, vt ipse profiteretur in *c. 3. X. de bapifm.* (2) Postulationum, vt *tot. tit. X. de postul. prel. docet.* (3) Translationum, quod pluribus argumentis euincere conatur in *c. 2. X. de translat. episc.* contra antiquam praxin assertam a PETRO de MARCA *lib. VI. de C. S. & l. c. 8. §. 6. sqq.* (4) Depositionum episcoporum, quod post assertam quisquiliis hęc auctoritatem demum inualuisse, clarissimis ostendit documentis *IDEM l. 7. c. 25. sqq.* (5) Vnionem ecclesiarum cathedralium *c. 1. X. ne sede vac.* (6) Exemptionem episcoporum. (7) Confirmationum episcoporum, contra *e. 4. concil. Nic.* (8) Dispensationum in casibus grauioribus. (9) Canonisationum. (10) Absolutionum in grauioribus delictis, quę pœnitentiarię Romanę magnum quotidie quęstum præbent. Sic hęc doctrina de *caussis maioribus & arduis* peperit Romano Pontifici & auctoritatem & quęstum, quamuis si artes relatas consideramus, de *tituli iustitia* omnino desperare cogatur.

§. XII. Quę cum ita sint, euidens est, causas ecclesiasticas duplici sensu & respectu *arduas maioresque* dici: (1) respectu *caussarum ciuiliū & secularium*, quo intuitu in vniuersum *maiores* dicuntur, prout *c. 1. §. 17. & 19.* iam notauimus, vel ea ratione, quod secularia negotia tantum *terrena, caduca & mundana*, vt loquuntur, respiciant, *spiritualia* autem, quorsum etiam in genere *ecclesiastica* referunt, obiectum nobilius & præstantius habeant, & ad ecclesiam, quę non est de hoc mundo, pertineant. Nec secus de bonis & iuribus ecclesiasticis dicendum esse censuere, quippe quę possessiones ipsius DEI esse dicuntur in *c. 65. C. 16. q. 1.* & iuris diuini, vt censer *CARPZOV. lib. II. iurispr. conf. def. 299. n. 1.* adeoque *spiritualem qualitatem* habere videntur, per respectum ad ministerium in se spirituale, & ad ius illa exercendi, vt loquitur *PETRVS LEVRENIVS P. I. fori benef. qu. 3.* Loquor ex hypthesi Pontificiorum, cui nostrates admodum addicti sunt, vt vel

Duplici modo causę ecclesiasticę maiores & arduę dicuntur.

conclusiones euincunt. (2) Respectu *iudicis ecclesiastici*, qui, prout maior ceteris clericis censetur, ita causas quasdam ecclesiasticas *pruatiue* sibi adscripsit, maioresque ceteris esse voluit, quo intuitu illæ causæ ecclesiasticæ *minores* esse dicuntur, quæ iudicibus minoribus ecclesiasticis etiam competunt, quod in §§. *anteded.* est explicatum. Quamuis enim omnes causæ ecclesiasticæ dicantur maiores *respectu secularium*, inter se inuicem tamen aliæ aliis maiores creduntur, quod ex *dignitate iudicis* potissimum æstimatur. Hisce præsuppositis videamus quasdam conclusiones.

Vfus regulæ,  
quod, causæ  
maiores ma-  
gnos requi-  
rant iudices.

§. XIII. Quod *causæ maiores maximos requirant iudices*, potissimum clerici in foris suis vrgere solent; ad formam enim antiqui fori Romani habent *maiores*, habent etiam *minores* iudices, adeo vt de *maioribus* *uox* *ἐξουχία* talibus solus Pontifex hodie iudicet *c. 59. in f. X. de appell. c. 3. X. de baptis.* prout antea factis iam explanatum est. Sed etiam in genere *iudices ecclesiastici* maiores esse censentur, quouis *iudice laico*, & *forum ecclesiasticum* dignius iudicio *seculari*, prout adhuc ipse BERLICH *P. II. dec. 220. n. n. 4.* philosophatur. Nec hoc, vt putant absque ratione. Est enim ecclesiastica respublica seculari præferenda, & hæc illi subiicenda, sicuti corpus subiicitur animæ, & hæc illi præfertur, iuxta philosophiam INNOCENTII III. in *c. 6. X. de maior. & obed.* & BONIFACII VIII. in *extrau. comm. vnam sanctam. eod.* Inde concludant, consistoria seu iudicia ecclesiastica esse iuris diuini: & necessario constituenda, cum causæ maiores, maiores etiam iudices postulent. Ita censent CARPZOV. *lib. 1. iurispr. conf. def. II.* & WEBERVS *de iur. consist. c. V. sect. 1. seqq.* cuius contrarium tamen multis argumentis docui in *iur. eccles. protest. lib. 1. tit. 28. §. 17. seqq.* quæ hic non repetam. Nec quæuis ecclesiastica in consistoriis determinari possunt, sed *maiora* ad sanctius consilium principis referuntur, maxima



maxima illa, quæ postea vt *maiora* sibi referuauit, & Episcopi suis consistoriis denegarunt, prout infra dicam.

§. XIV. Et quia causæ ecclesiasticæ & matrimoniales *maiores* omnibus secularibus causis censentur, ita in iis etiam probationem luce meridiana clariorem desiderant. Neque enim (a) in iis iuramentum testibus remitti posse censent, cum MEVIO P. IV. *decif. 76.* GAILIO l. *Obs. 101. n. 6.* & BRUNNEMANNO lib. III. iur. eccl. c. 4. §. 13. quod tamen ad iura *patronatus* & *sponsaliorum* referendum haud esse arbitror, cum vtrouique *interesse mere priuatum* concurrat, & qui in sponsalibus aliud contitunt, falso supponunt, sponsalia iam esse quoddam matrimonium & spirituale causam. Nec (b) vnus testis in iis probat, quippe quæ magni dicuntur esse præiudicii CARPZOV. P. III. *iurispr. Consist. def. 43. n. 11.* Immo quamuis (c) causæ *matrimoniales* summario processu peragantur, sicuti etiam ceteræ ecclesiasticæ, notante Dn. BERGERO in *elect. proc. matrim. §. 9.* ponderi probationis tamen inde nihil detrahitur, sicut in criminalibus *probatio maxima* desideratur, vt in inquisitorio processu agatur summariter. conf. IDEM cit. l. §. 10. Immo ordinarium processum fieri censet MEVIVS P. IV. *decif. 108. n. 10.* *quoties intricata & ambiguitatis non possunt explicari, vt difficultas negotii pro veritate indaganda eum exigit.* Inde quoque (d) *iuramentum suppletorium* ne quidem in causis sponsaliorum locum habere volunt, cum hæ causæ criminalibus æquiparentur. HEIGIVS P. II. *qu. 16. n. 26 seqq.* BRUNNEM. lib. II. c. 17. §. 15. nisi plusquam semiplene probatum fuerit. IDEM de *proc. civili c. XXIII. n. 28.* & lib. III. iur. eccl. c. 5. §. 6. SCHRADER de *caus. for. eccl. c. 1. tit. 1. §. 15. lit. b.* Sed rectius cum BERGERO cit. l. §. 33. aliisque statuo contrarium in *iure eccl. protest. lib. II. tit. 24. §. 75.* ostendens fallax esse argumentum, quod a causis criminalibus desumitur, & erronee etiam ad sponsalia trahitur, cuius sententiæ falsa supposita detexi in *dist. de incongrua praxi distinct. sponsal. de presenti & de futuro*

In causis ecclesiasticis maior probatio desideratur.

*iuro in foris proteft.* Ex eodem fundamento quoque (e) nec iuramentum *contra sponsalia* deferri posse censent, cuius contrarium plenius rursus ostendi *in cit. tract. §. 61. seqq.* Falsum utique suppositum est, sponsaliorum causam æque arduam esse, ut *matrimoniale*, immo criminabilibus comparandam. Sit *matrimonium* res ardua, ut ait BRUNNEM. *lib. II. iur. eccles. c. 17. §. 15. in f.* sponsalia tamen non sunt ipsum matrimonium, & quod Pontificii de sponsalibus *de presenti* adstruunt, nobis incognitum est, qui talia sponsalia non habemus. An ergo etiam (f) in causa super beneficiis ecclesiasticis iuramentum deferri potest? negat hoc BRUNNEM. *lib. III. iur. eccl. c. 5. §. 4.* & admitti potest quatenus quæstio *officia ipsa sacra* ecclesiastica respicit, vel *bona ecclesiastica*, ut in præiudicium ecclesiæ delatio non valeat, quamvis in præiudicium deferentis, præbendati scilicet, valere queat.

Iudex ecclesiasticus, ut maior, de causa seculari in incidente ut minore iudicare potest.

§. XV. Sed etiam illam regulam: quod *causa minor non faciat præiudicium maiori, sed potius hæc illam ad se trahat*, egregie in suos usus conuerterunt Pontificii. Quæstiones ecclesiasticæ generatim maiores censentur *secularibus*: quod si itaque coram confistorio de *causa ecclesiastica* principaliter agitur, iudex ecclesiasticus etiam de *causa civilis incidente*, tanquam *causa minore*, recte cognoscit, veluti de *dote*, si *causa diuoriii* est decisa, c. 3. X. de donat. *in. vir. & vx. B. STRYK. de caus. incidente c. III. §. 5. seqq.* & ita *causa maior* ecclesiastica civilem, tanquam *minorem* ad se trahit, utut alias iudex ecclesiasticus in *causa civilis* sit incompetentens, si de ea principaliter *inter laicos* agitur. Sed vice versa si *causa civilis* in foro *seculari* peragitur principaliter, cui incidit *questio ecclesiastica*, veluti si de successione *legitima* mota est, & actori quæstio de *natalibus legitimis* mouetur, hæc causa, licet *incidentis* sit, ad iudicem ecclesiasticum remitti debet, ut ibi excutiat, quia, ut aiunt, *causa minor non trahit ad se causam maiorem*, nec iudex *laicus*, utpote *minor & inhabilis*, in causa tam ardua iudicare potest. c. 3. X.

c. 3. X. de ord. cognit. c. 4. X. de appell. c. 5. X. qui fil. sum. legit. Ita philosophantur Pontificii & plerique nostratum cum illis, non alio ex fundamento, quam quod partim causæ ecclesiasticæ sint maiores secularibus, partim, quod iudex laicus sit *inhabilis* in causis spiritualibus, ut ne quidem *incidenter* de eis decernere possit. Equidem pro praxi communi allegari posset, quod iudex laicus speciem illius iurisdictionis non habeat, ad quam causæ ecclesiasticæ decisio spectat, id quod tamen quoad *fori competentiam* omnino desideratur. Verum hoc admitto, si *principaliter* de *causis ecclesiasticis* agere veller, applicari autem non posse censeo saltem secundum sententiam iuris communis, si *incidenter* de ea agitur, quia etiam iudex de *questione incidente minore* iudicare potest, licet alias eam speciem iurisdictionis non habeat, ad quam ea pertinet per l. 3. C. de iudic. l. 1. C. de ordin. iudic. Ergo sine dubio aliunde ratio decidendi petenda, ex illo scilicet fonte, quem antea aperui. Sic etiam Pontificii sub prætextu *peccati* vel *iuramenti*, tanquam *causis maioris*, quasuis civiles causas ad se traxerunt, de quo iam olim maiores nostri conquesti sunt in *centum gravamin. Pontifici* oblati §. 9.

§. XVI. Sed etiam eam in *causis ecclesiasticis* regulam adhibent, quod in *concessione generali non censeantur comprehensa ardua*. Vicariis ex officialibus episcoporum concessa est *iurisdiction ecclesiastica*, sub qua Pontificii reuera omne *ius circa sacra* complecti solent. Inde concludit ENGEL ad tit. de offic. vicar. n. 10. officialem omnem potestatem episcopi explicare posse, nisi probeatur exceptio, *vel causæ sint arduæ & magni præiudicii, quæ Episcopus verosimiliter nolle sine suo præscitu expediri*. Nara inde plura sunt *reservata episcopalia*, officialibus denegata, in quæ longa serie inquirat PETRVS LEVRENIUS in *ir. de Vicario episcop.* quæ ut hoc loco referantur, a meo scopo alienum est, qui tantum applicationem doctrinæ huius de *causis maioribus* per iudicem quasi demonstro. Potiora capita

In concessione generali causarum ecclesiasticarum, non censentur concessa ardua.

capita *causarum arduarum* vel *maiorum*, episcopo reseruatam, recensui etiam *in iur. eccl. Prot. lib. II. tit. 28. §. 10.* Neque vero hæc doctrina otiosa est, sed potius simul limites nostrorum consistoriorum ostendit, quippe quæ fabricata sunt ad formam iudiciorum ecclesiasticorum catholicorum, ita ut quæ ibi reseruata sunt Episcopo, etiam Principum nostrorum cognitioni reseruata, eisque simul *causæ maiores* papales adscriptæ sunt, quod Princeps, ut quidam loqui amant, sit Papa in suo territorio; quæ ratio licet non adeo probanda sit, fontem tamen aperit, unde vera origo institutorum ecclesiasticorum in ecclesiis forisque Protestantium capienda & trahenda sit.

In ecclesiasticis causis multa contra ordinariam iuris rationem admittuntur.

§. XVII. Similiter etiam regula vltima, *c. 1. in f.* adducta, in causis ecclesiasticis suum usum habet. Sensus eius est, *quod in arduis multa contra ordinariam iuris rationem admitti & decerni debeant.* Præsertim in *matrimonialibus* usum hæc regula habet, quem fusius ostendit Dn. BERGER *in elect. process. matrim.* In iis enim (1) in primo termino desideratur personalis comparitio zum *Verhdy*, nec procurator admittitur, qui tamen postea, wenn die *Parttheyen* zum *Verfahren* citiret werden, admittitur, si speciali mandato instructus, quod *grauitas causæ* exposcit, ut generale non sufficiat. MEYER *P. 8. decisf. 217.* Dn. BERGER *cit. l. §. 16. in f.* (2) In iis, ut & aliis spiritualibus causis, minor personam habet standi in iudicio legitimam *c. 3. de iudic. in 6.* ad quam etiam sine *curatore* procuratorem constituere potest *per cit. c. 3.* (3) Obediendum Saxonicum, quod oblationi ad iuramentum præstandum præfinitum est, in his non attenditur; MARTIN. *ad proc. Sax. tit. 18. §. 9. n. 76.* Nec (4) terminus probatorius in his stricte obseruatur, qui licet sua natura peremptorius sit, non tamen facultatem probandi adimit. BRUNNEM. *lib. III. iur. eccl. c. 4. §. 20.* Immo etiam (5) post conclusionem in causis & post publicatas attestaciones adhuc probatio integra est. BERGER *cit. l. §. 40.* Quinquod (6) nec remiudicatam impedire existiment, quo

quo minus causæ ecclesiasticæ & matrimoniales de nouo sub examen iudiciale reuocari possint, quod tales sententiæ nunquam in rem iudicatam transeant, quam doctrinam latius examinaui de iur. eccl. Protest. lib. II. tit. 27. §. 41. seqq. Similiter (7) idem de confessione, iudiciali licet, statuatur, vt contra matrimonium adeo valere nequeat, quo minus deinceps queat reuocari Da. BERGER cit. l. §. 48. &c.

§. XVIII. Denique in causis ecclesiasticis tanquam arduis multa circumspectione opus esse, etiam facile constat, quod potissimum eo casu, quando ad diuortium ob desertionem vel adulterium agitur, attendendum est. Recte enim ait B. STRYKIVS in rr. de dissens. sponsal. sect. VI. §. 38. dum malitiosa desertio res admodum ardua sit, criminalique causæ comparatur, caute sane & circumspecte agendum, nec nimio opere properandum, sed antequam deserta pars ad processum admittatur, omnes circumstantiæ quam diligentissime ponderande. Addit subinde rationem hanc: Et hoc tum ob graue pœiudicium, quod imminet matrimonio, æque ac personis coniugatis, tum ob exitum, qui criminalis est, propter penam, quam incidit persona desertoris. Illustrabo hoc sententia, quam ill. Facult. Iurid. huius loci Mens. Febr. huius anni tulit: Auf Implorationschrift, beschuldigten Ungehorsam, und erfolgte Gesetze in Sachen C. F. L. Imploranten an einem und L. I. G. Imploratin an andern Theil erkennen etc. nach vorgehabtem Rath auswärtiger Rechtsgelehrten vor recht, daß gestalten Sachen nach Imploratinne auf anderweit vorgehende Ladung sub pœna confesæ & conuictæ zu erscheinen und ihres Einwendens ohngehindert auf die Klage sich einzulassen schuldig, sie thue nun solches oder nicht, so ergeheth alsdenn, wegen der gebetenen Ehescheidung halber, was recht ist.

Rationes decidendi.

Ob wohl aus denen Acten zu befinden, daß Imploratinne ihren Mann heimlich verlassen, und als derselbe hierauf

In causis ecclesiasticis multa circumspectione opus est.

ex capite malitiosæ desertionis geklaget, sie nicht allein zu zweyen unterschiedenen malen peremptorie citiret, und ihr solche Citation jederzeit richtig insinuiret, sondern auch die Ungehorsamsbeschuldigung gebührend eingebracht worden, also bewandten Umständen nach die Verschickung der Letzen zum Spruch Rechts endlich erkannt werden müssen, wobey denn abermal die Imploratinne, ob wohl sie zu unterschiedenen malen, ad videndum inrotulari acta, citiret ist, beständig aussen geblieben, und perseverantissimum animum concumaciam continuandi an den Tag geleyet, es dahero das Ansehen gewinnen möchte, als wenn sie so fort pro malitiosa desertrix gehalten, und der Ehe halber Implorant von ihr geschieden werden könne, in mehrerer Erwegung der in ihrem Namen in termino inrotulationis erscheinende Curator K. zwar exceptionem fori incompetentis opponiret, solche doch aperte friuola, und deswegen verworfen ist, angesehen, wenn sie die Sävitienklage gegen ihren Mann anstellen will, sie solches bey dem Consistorio zu B. als woselbst er sein forum hat, allerdings zu thun pflichtig ist.

Dieweil aber dennoch in Sachen, welche die Scheidung der Ehe betrifft, sehr behutsam zu verfahren, und dieselbe als eine caussa ardua & magni præiudicii, die zugleich das Gewissen mit betrifft, billig anzusehen ist, adeo vt etiam criminali caussa comparetur.

KITZEL in *Syn. matrim. c. 10. th. 17. lit. d. e.*

tum ob graue præiudicium, quod imminet matrimonio, ac personis coniugatis, tum ob exitum, qui criminalis est, propter poenam, quam incidit persona desertoris.

MEV. P. 4. *decif. 7. n. 5.*

Dannhero ob wohl die Imploratinne gebührend und peremptorie citiret, dennoch dabey zu erwegen ist, daß sie nicht allein post secundam citationem schriftlich eingekommen, und daß sie keine malitiosa desertrix sey, protestiret, sondern auch überdem in termino inrotulationis durch ihren Curatorem sich gestellet, und exceptionem fori incompetentis opponiret, welche

welche ob sie wohl nicht fundiret, dennoch verhindert, daß man in tam ardua caussa, in qua etiam caussa fatua excusare solet, nicht so fort nach dem rigore iuris verfahren, und die Ehescheidung erkennen möge, zumal eines Theils in tam parua mora dem Imploranten kein grosses præiudicium zuwächst, andern Theils die Implorantinne, wenn sie sub poena confessæ & conuictæ und zwar unter Commination, daß wenn sie nicht erscheinen würde, sie alsdem pro malitiosa desertrice gehalten werden solle, nochmals citiret wird, keine fernere Entschuldigung, und daß man præcipitanter die Ehescheidung erkannt, vorwenden mag, vielmehr daraus, daß ihre Exceptio ungegründet sey, zur Gnüge erkennen wird: so hat geschehener massen von uns erkannt werden müssen.

## CAPVT IV.

DE

CAVSSIS ARDVIS FEVDALIBVS  
ET PVBLICIS.

§. I.

**I**n genere quasuis *causas feudales* arduas maioresque dici, iam *cap. I. §. 20.* obseruau, simul tamen addidi, solidum vix fundamentum huic sententiæ substerni posse. Neque enim *causæ feudales ex se & sua natura* tale præiudicium, vt *criminales*, habent, neque omnium feudorum vna eademque est ratio, sed si *arduis*, si *maioribus* causis annumeranda sunt, id non ex natura feudis propria, sed aliunde repetendum, h. e. ex præiudicio summo, quod *causæ feudali quandoque* adesse potest. Adcoque *causæ feudales* possunt esse *ardue & maiores*, possunt etiam esse *mediocres*, nec adeo magni ponderis, immo *minime*, sicuti *causæ allodiales*. Hoc obseruato principio, non necesse quidem foret, nouas conclusiones ex iuris feudalis penu depromere, cum, quæ *Cap. II. congesta*

Non recte  
quæuis caus-  
sæ feudales  
ardue dicun-  
tur.

& digesta sunt, facile caussis feudalibus applicari queant; quia tamen ex principio generali, *quod omnes caussae feudales sint arduae*, plerique in ius feudale nouas deduxerunt doctrinas, & exceptiones regulas esse voluere: inde necesse est, eas paucis sub examen reuocare.

Nec recte ex  
caussis status  
æquiparan-  
tur.

§. II. Qui caussas feudales generatim *arduas* maioresque esse volunt, hoc potissimum ducuntur argumento, quod caussae feudales æquiparentur caussis status, & feudum sit quædam seruitus, dicaturque simul seruitus personalis & realis: iam autem *cap. 1. & 2. obseruati, caussas status* ad contentiones maiores referendas, a quibus recte argumentum ad caussas feudales deduci, veterani censuere, teste CATONESSACHO *ad l. 31. D. de iurei. n. 31.* Idem argumentandi genus vt plurimum sequitur SCHRADERVS *de feud. P. 10. sect. 18. n. 132. sqq.* eosque, qui voluere, caussas feudales inter *minores* esse referendas, *n. 126. cit. l. comparatiue esse intelligendas* censuit, respectu caussarum ecclesiasticarum. Verum enim vero comparatio, quæ inter *caussas status* ac *feudales* instiruitur, admodum lubrica est, parumque roboris habet. Caussae *liberales* olim erant magni præiudicii, quia a *statu libertatis* inter Romanos omne commercium iuris Romani dependebat, ita vt cui hic negabatur, simul eadem *vita ciuili* omniaque iura ciuilia fere denegarentur, & qui *libertatem* amittebat, *capite diminutus* censeretur. In hoc autem erat præiudicium summum, iactura extrema, & totius vitæ ciuilis interitus. Ideo *ardue*, ideo *maiores grauesque* caussae liberales dicebantur. Sed vero *causae feudales* simile præiudicium non habent: non periclitatur de vita ciuili, de amissione omnium iurium, qui de feudo litigat: manet status ciuili vbique saluus & integer, quæcunque sententia in caussa feudali dicatur, & quamuis nonnunquam graue præiudicium continere queat, id tamen aliunde est, non vero ex *qualitate feudali* petendum. Multo minus stringit ratio, inde deducta, quod feudum sit quædam *seruitus realis & personalis*, nam (a) seruitutes re-  
rum



rum per se non sunt causæ arduæ, nec hæ cum statu feruili personarum confundendæ: (b) comparatio, quæ ab usufructu desumitur, minus recta est, obseruante FINCKELTHAVSIO in *disp. feud. l. th. 14.* quod differentiæ infinitæ ostendunt, (c) & si vel maxime usufructus quidam feudis inesset, non tamen feuda inde causis maioribus arduisque annumerari debebant.

§. III. Quæ cum ita sint, paucis examinabo quasdam conclusiones, quæ ex principio hoc, quod in genere causæ feudales sint arduæ, deduci solent. Videlicet (1) inde colligunt, in causis feudalibus litigantes, licet morbo aliaue necessitate inuitabili impediuntur in iudicio comparere, cogi haud posse, vt procuratorem inuiti constituent, *eam ob causam*, ait SCHRADER *cit. l. n. 96. quia causæ feudales sunt graues & arduæ, & certum est, nec non a Doctoribus traditum, quod in causis grauibz sine arduis impeditus morbo procuratorem constituere & per procuratorem comparere non cogatur.* conf. ROSENTHAL *de feud. c. 12. concl. 10. lit. bb.* Equidem de iure ciuili regulariter nemo inuitus cogitur per procuratorem causam agere, maxime in arduis, quæ non temere aliis committuntur, adeo vt excusetur, nec pro contumace habendus, qui in arduis procuratorem haud constituit. Sed in feudalibus nihil singulare occurrit, sed etiam in his, experientia teste, quis compellitur ad procuratorem constituendum, in quibus casibus alias quis compelli potest. Nam (a) moribus passim receptum, vt nemo suo nomine, sed per procuratorem in iudicio litigare debeat, LAUTERBACH *ad tit. de procurat. §. 37. in f. B. STRYK. in vs. mod. ad tit. de procurat. §. 13.* nec tamen hic vllibi exceptæ causæ feudales, qua tales, nec ratio iuris adducta id suadet: (b) si plures sunt litigantes, qui communi nomine causam agunt, iudex ex officio illis in iungere potest communis procuratoris constitutionem, MEYVIVS *P. IV. decis. 63.* nec rursus in feudalibus aliud obtinere constat. Ratio enim generalis tam in allodialibus quam

An in causis feudalibus impediti possint cogi, vt procuratorem constituent.

quam feudalibus obtinet, *ne lis, per plures dispersa, tardior, difficilior atque intricatior eueniat.* Vbi itaque in caussis alodialibus cogi quis potest ad constituendum procuratorem, ibi etiam in feudalibus regulariter.

An feudalia  
requirant  
mandatum  
speciale?

§. IV. Ulterius (2) inde colligunt, licet regulariter procurator, habens generale mandatum, admittatur, cum tamen non admitti in *caussis feudalibus*, sed illas desiderare mandatum speciale. Huius obseruationis has addit rationes SCHRADER *de feud. P. 10. sect. 18. n. 119. tum quia causse feudales sunt graues & arduae, & certum est, quod in caussis grauibz siue arduis non sufficiat generale mandatum, sed speciale requiratur; tum quia ardua siue grauia ab omnibus regulis iuris communis excepta intelliguntur & generales iuris regule ardua siue grauia non comprehendant; tum quia causse civiles arduae, quales sunt causse feudales, aequiparantur caussis criminalibus, & certum est, quod in caussis criminalibus, etiam in iis casibus, in quibus procurator interuenire potest, nunquam admittatur procurator, habens generale mandatum, sed requiratur, ut ipse habeat speciale mandatum &c.* Multa hic Brocardica conglomerata vides, quæ tamen applicatione destituuntur, si negaueris causas feudales *per se & sua natura* esse arduas maioresque. Hoc expeditum est, generalem procuratorem seu cui omnium rerum administratio commissa est, posse etiam agere, seu rem in iudicium deducere *l. 12. D. de pact.* immo citra speciale mandatum etiam actionem iniuriarum mouere *l. 17. §. 16. D. de iniur.* de quo forsan dubitari potuisset, quia hæc actio nonnullius est præiudicii: quidni ergo permetteretur ei causam feudalem in iudicium deducere? Respondent forsan ex *c. 5. de procur. in 6. qui generaliter constituitur ad negotia procurator, agere ac experiri potest, exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale:* iam vero inferunt ex mente SCHRADERI, causas feudales, quia *ardue* sunt exigunt mandatum speciale. Verum in hac assertionepetit id, quod est in principio: potest *quadam* cotrouersia

lia

troueria feudalis esse ardua, magni ponderis & maioribus accenseri caussis, maxime si regalem qualitatem annexam habet; ast hoc generatim omnibus caussis feudalibus attribui nequit, quæ sæpe non plus ponderis & momenti habere possunt, quam caussæ allostiales. Vnde etiam non desunt, qui recte asserunt, sub generali dispositione etiam feuda comprehendendi. TIRA QVELLYS *ad l. si vnquam C. de reuoc. don. verb. bona n. 15.* & quos præterea allegat SCHRADER *cit. l. n. 123.*

§. V. Pergit vterius SCHRADERVS *cit. l. n. 128.* & (3) inde concludit, quod in caussis feudalibus non sufficiat mandatum generale cum libera. *Quamuis enim, ait, regulariter in omnibus illis casibus, in quibus speciale mandatum requiritur, sufficiat mandatum generale cum libera, attamen hoc non habet locum in caussis feudalibus, quia caussæ feudales sunt admodum graues & præiudiciales: & mandatum generale cum libera non sufficit, nec etiam mandato speciali equiparatur in caussis valde grauib; & præiudicialibus. Immo addit (4) n. 131. ne quidem sufficere mandatum speciale, vt quis scilicet constituatur procurator simpliciter in caussis feudalibus, sed requiri mandatum specialissimum siue in indiuiduo. Cur vero hoc? respondet: quia caussæ feudales sunt admodum graues & arduæ: iam autem pergit, n. 133. certum est, quod in casibus, in quibus versatur graue & magnum præiudicium non sufficiat mandatum speciale, sed requiratur mandatum specialissimum & in indiuiduo. Ex eodem principio (5) n. 135. etiam hanc necit conclusionem, quod licet procurator, qui habet mandatum generale, a quo mandato tantum exceptus est vnicus casus, requirens mandatum speciale, omnia illa, quæ speciale mandatum requirunt, præter casum specialiter exceptum expedire possit, cum tantum caussas feudales expedire non posse, quia caussa grauis & præiudicialis, qualem censet esse feudalem, adhuc censetur excepta. Addit (6) n. 137. etiam hanc conclusionem, quod licet alias procurator,*

An ad feudalibus extendatur mandatum cum libera?

An specialissimum desideretur?

K

qui

qui habet mandatum generale, in quo causæ certæ speciale mandatum requirentes, expressæ sunt, adiecta clausula generali, quod is omnia, quæ speciale mandatum requirunt, expedire possit, etiam omnia illa, quæ alioquin mandatum speciale requirunt, agere & expedire queat. *c. 4. de procur. in. 6.* nihilominus tamen id haud sufficere in feudalibus, multo minus (7) mandatum præsumtum hic admitti cum cautione rati, *eam, ait, n. 138. ob causam, quia causæ feudales sunt graues & arduæ, & in iis agitur de magno præiudicio, & certum est, quod in causis grauibus siue arduis, in quibus agitur de magno præiudicio, procurator non admittatur cum cautione de rato.*

An præsumtum in iis mandatum sufficiat sub cautione rati.

Resolutio harum questionum.

§. VI Si SCHRADERVS distinxisset causas feudales, & genera actionum diuersa considerasset, conclusiones eius facilius admitti possent. Sed si ad priuationem feudi agitur, si de feudis maioribus concertatur, negari nequit, agi de causis arduis & grauioribus, & ad hos casus applicari possunt, quæ ex SCHRADERO allata sunt. At generalis ipsius assertio prorsus omni destituitur fundamento, quod etiam animaduertit ROSENTHAL. *de feud. c. XII. concl. 10. n. 76.* & vel ideo reprobatur, quoniam, ait, non est causa status, ut illi male asserunt, causa feudi. Nec enim causa qualibet, ubi de seruitutis aut seruitii præstatione questio est, status causa dicitur, sed illa, ubi persona ipsa seruitute officitur, & quam inuito domino abiicere nequit. Quod hic neutiquam est, sed potius est seruitutis realis species, ubi persona ad seruitia obligatur, sed saltem propter rem & respectu rei causatiue. Et si lites infinitæ feudales in camera imperiali actæ sunt & quotidie vtrinque aguntur citra mandata specialia, sed per procuratores generales.

An in causis feudalibus examen testium alteri committi nequeat?

§. VII. Vtcrius (8) inde colligunt quidam, quod in causis feudalibus examen testium alteri committi nequeat, quod causæ feudales sint graues & arduæ, in quibus regulariter committi examen testium alteri nequit. Addunt, quod nec in criminalibus examen testium alteri committi queat,

queat, quibus feudalia æquiparantur. Ita censent allegati a SCHRADERO P. X. de feud. sect. 16. n. 66. seqq. & ROSENTHALIO c. XII. de feud. concl. 9. lit. n. & o. Miror, ipsum SCHRADERVM cit. l. n. 68. in alia omnia hic iuisse, & examen testium per commissarios expediendum admisisse, ex hac ratione, quod *causæ feudales sint causæ ciuiles*, in quibus examen testium alteri committi posset, sed etiam ad rationem dubitandi, quam vtplurimum in ore habere solet, non responderet. Immo magis miratus sum, SCHRADERVM hanc in sententiam iuisse, quia P. II. part. 9. princ. sect. 13. n. 173. fere contrarium adstruxisse videtur. At enim cit. l. licet alias iudex in causis ciuilibus examen testium alteri committere possit, hoc tamen locum non habere in causis feudalis, in quibus dominus contra vasallum ad pœnam priuationis feudi experitur. Namque, pergit, *in talibus causis iudex examinationem testium neque Notario, neque alteri committere potest eam ob causam, quia tales causæ æquiparantur causis criminalibus, immo in illis requiritur probatio euidentis & clarior, quam in causis criminalibus. Et clari iuris est, quod in causis criminalibus iudici regulariter non, permittatur, examinationem testium Notario vel alteri committere.* Hanc rationem & æquiparationem generaliter antea ad quasuis causas feudales applicuit, & inde quoque, si vera est, euiciendum esset generaliter examen in causis feudalis alteri committi non posse. Sed (1) sæpe iam dictum, argumentum a *criminalibus* desumptum hic esse lubricum, & quæ forsân in vno vel altero conueniant, non tamen sunt eadem. (2) Si vel maxime ad pœnam *priuationis* agitur, causa tamen manet *ciuilis*, non vero fit *criminalis*, vt ipsemet P. 2. p. 9. princ. sect. 13. n. 16. non diffitetur, & denique (3) etiam in criminalibus & arduis alteri examen testium committere nullibi prohibitum, prout recte censet ROSENTHAL. de feud. cit. l. n. 2. & 13. & ad praxin Germaniæ & Cameræ prouocat.

An suppleto-  
rium iura-  
mentum in  
feudalibus  
h. cum ha-  
beat?

§. VIII. Præterea (9) ex hoc principio reprobato plures inferunt, iuramentum suppletorium in causis feudali-  
bas, utpote arduis, deferri non posse. BERLICH P. I. *concl. 54. n. 5.* SERAPHINVS de SERAPHINIS *de pri-  
uil. iuram. priuil. 33. n. 125. seq.* ubi addit hanc rationem: *quia  
caussa feudalis dicitur magna & gravis.* Sed ubi ita dicitur?  
Causa priuationis feudi potest dici magna & gravis, sed non  
caussa feudalis in genere. Restringenda ergo hæc doctrina  
est ad has causas: (a) si agitur de feudo magno, ex cuius  
iactura ingens præiudicium est metuendum; sed ita nihil sin-  
gulare in feudis occurrit, quoniam in causis magnis & arduis  
generaliter iuramentum suppletorium locum non habet.  
ROSENTHAL. *de feud. c. XII. concl. 14. n. 99.* Et huc etiam  
collineare videtur Feudista 2. P. 33. §. *sacramentum*, ubi  
ait, quod iuramentum quandoque *petenti*, quandoque *pos-  
sidenti* deferre iudex possit, prout circumstantiæ vel *supple-  
torium* vel *purgatorium* admittendum esse censent. (b) Si  
agitur ad *priuationem feudi*, in qua sine dubio enorme præiudi-  
cium occurrit. BENCKENDORFF. *ad Seraphin. cit. l. 113.*  
SCHRADER. *de feud. P. 2. p. 9. princ. sect. 13. n. 167.*

Vnde sacra-  
mentales in  
feudalibus  
originem  
trahant?

§. IX. Fortan etiam (10) inde deriuandum esse mo-  
rem, censere possent dissentientes, quod ubi iudex defert  
iuramentum, id præstandum sit cum *duodecim sacramentali-  
bus*, prout 2. P. 33. §. *sacramentum* disponitur, qui cum prin-  
cipali simul iurant, illo quidem de *varietate*, his de *creduli-  
tate* iurantibus. Iure Canonico hos *sacramentales* esse intro-  
ductos, & in causis tantum quibusdam, maxime magni mo-  
menti, esse admissos, constat *ex tit. de purgat. & tit.  
de frigid. & malef.* Sed ius Longobardicum barbarum  
hos *frequentius* admisit, magis ex *errore* & iuris Pontificii  
ignorantia, quam solida iuris ratione. Neque enim arbitror  
feudistam ex ea ratione sacramentales requisuisse, quod caus-  
sæ feudales essent *ardue & magne*, quam rationem nullibi pro-  
dit, sed ex *incogitantia* potius & defectu solidioris iu-  
dicii, quem ubique prodit. Vnde etiam in praxi hi  
sacra-

sacramentales non amplius desiderantur, B. STRYK. in exam. iur. feud. c. 25. q. 23. quin quod in ordin. Cameræ P. II. tit. 10. tantum in causa fractæ pacis publicæ, tanquam grauissima & ardua, hi sacramentales requirantur, saluo tamen iudicis arbitrio.

§. X. Reiectis ergo falsis præsuppositis indeque deductis conclusionibus, propius est, vt videamus, quam causæ feudales dicantur arduæ & magnæ. Huc imprimis, prout iam aliquoties dictum est, referri debet causa priuationis feudi, seu quando ad feloniam agitur, quæ quamuis adhuc ciuilibus, non criminalibus sit, merito tamen ob summum, quod inde imminet præiudicium, ardua dicenda est. SCHRADER de feud. P. 2. p. 9. princ. sect. 13. n. 16. Inde (1) in probatione felonie non duo sufficiunt testes, sed quinque desiderantur, 2. F. 57. cuius rationem recte in eo quaerit CASPAR BITSCHIVS ad cit. text. in f. p. 698. quia causa hæc amissionis feudi est ardua & magni momenti, quam rationem etiam adfert B. STRYK. in exam. iur. feud. cap. XII. qu. 15. in f. addit etiam, hodie hoc vix attendi. Et quidem meo iudicio ita recte censet, quia etiam hodie duo testes sufficiunt in grauioribus criminibus probandis, si omni exceptione maiores sunt, multo magis etiam in feloniam probanda sufficere possunt. conf. STRYV. Syntagma iur. feud. c. 16. aph. 15. ITTER de feud. imper. c. 25. §. vlt. Debent autem (2) testes esse summe atque integræ opinionis, vt dicitur 2. F. 57. sicut enim alias in criminalibus testimonium delectus habendus est, ita quoque in probatione feloniam idem obseruandum, quia ius feudale cit. l. desiderat probationem manifestam ex natura causæ, quæ ardua est. Inde nec defectum fidei numerus testimonium supplet, SCHRADER cit. l. n. 16. quia id non habet locum in criminalibus & arduis ciuilibus, obseruante ROSENTHALIO c. XII. de feud. c. 19. n. 9. nec testes infamia facti laborantes, nec minores 20. annis non habiles, quamuis alias minores 20. annis in ciuilibus non sunt inhabiles. IDEM cit. l. n. 20. seqq. Feminas quidam etiam reii-

Quanam causæ feudales proprie dicantur arduæ.

In probanda feloniam maior probatio desideratur.

reiciunt, quod vbi manifesta requiratur probatio, vt in criminalibus, feminae plene non probent, nec in feudali- bus feminarum testimonium regulariter admittatur, cui ius canonicum accedere videtur in *c. forus. in f. X. de V. S.* Verum sicuti rursus in criminalibus hodie feminae non sunt inhabiles ad testimonium dicendum, teste CARPZOVIO *pr. crimin. q. 114. n. 40.* Ita etiam a probatione felon- iae non excluduntur. Inde quoque inferunt, quando- que etiam ad *torturam* deueniri posse, quod licet sit caus- sa ciuilis, annexum tamen habere delictum possit atrox, cuius nomine tortura dictari queat, iuxta ea, quae dixi *cap. 11. & 21. SCHRADER cit. l. n. 79.* Equidem non ne- go, feloniae inesse posse delictum atrocissimum, ob quod tortu- ra decerni potest, sed tamen distinguendum erit, vtrum tantum agatur *ciuilitur*, an vero simul *criminaliter*? priori casu, quia tantum ad priuationem feudi actio tendit, locus non erit torturae in probanda feloniam, vtpote quae nec in *penis pecuniariis* locum habet. CLARVS *l. V. recept. sentent. qu. 64. n. 4.* Posteriori autem casu vel ideo torturae lo- cus erit, quia praeterea ad poenam capitalem agitur. Du- bitari etiam possit, an ad probandam feloniam recipi pos- sint testes ad perpetuam rei memoriam? Ratio dubitandi desumi possit ex *c. 5. X. vt lite non contest.* vbi hoc exa- men extraordinarium restringitur ad casum, *cum ciuilitur est agendum.* Quamuis vero in actione, qua ad feudi priua- tionem agitur, *ciuilitur* procedatur, quia tamen quodam- modo *criminali* causae haec priuatio aequiparatur, inde ab hoc examine abstinendum esse videtur. Verum sicuti haec aequiparatio non vniuersalis est, ita sufficit, quod hic *ciu- iliter* agatur, nec vllibi graues & arduae causae ciuiles ex- ceptae sint, adeoque merito hoc examen admitti debet. conf. B. WERLHOFF. *de exam. testium extraord. §. 21.* SCHRADER *cit. l. n. 109. seq.* quin quod Pontifex tantum excludere videatur processum *accusatorium, inquisitorium* autem haud intelligat, quippe in quo regulariter testes ante

L. C.



L. C. examinantur, & sic etiam ad perpetuam rei memoriam recipi possunt.

§. XI. Præterea quoque causæ feudales *ardua* dicendæ sunt ex *qualitate rerum feudalium*. Sunt vulgo feuda *nobilia* vel *ignobilia*. Illa olim *nobilitatis accessio* quædam erant, & cum immunitate ab oneribus publicis dabantur, hodie tamen etiam a non-nobilibus possideri queunt, & sufficit *qualitas realis* bonis inhærens, cum feuda personæ nullam concilient nobilitatem. Porro si feuda nobilia in sensu generali accipiuntur, diuiduntur rursus in *regalia* & *non regalia*. Illa dicuntur feuda supremi principis auctoritate cum *regali dignitate* concessa. VVLTEIVS l. i. de feud. c. VIII. n. 19. aliasque dici solent *feuda maiora* vexillifera & *Sceptri, Fahnen- und Scepter-Lehn*, quæ merito *maiora* dicuntur, ob summam *dignitatem regalem*, quæ eis cohæret, adeoque horum causâ potissimum *ardua* & *maxima* dici debet. Feuda *non regalia* tanti olim non habebantur, cum vnice ad *militare seruitium* seu *ministerium* essent destinata, non ad honorem, officium, & potestatem maiorem exercendam, quod *feudis regalibus* proprium est. Ergo non mirandum, quod singularia plura in *feudis maioribus* sint constituta, quæ aliis *feudis minoribus* applicari nequeunt.

Sunt etiam causæ feudales maiores ex qualitate feudorum.

Quorum pertineant feuda maiora regalia.

§. XII. Sic vicariis Imperii concessum est in *A. B. c. f.* *De iure vicariorum imperii circa feuda regalia.* *ius inuestiendi de feudis* & *iuramenta fidelitatis vice* & *nomine S. Imperii recipiendi*, *feudis Principum dumtaxat exceptis*, & illis, quæ *Dahnlehn* vulgariter appellantur, quorum *inuestitura* & *collatio soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservata est*. Sic etiam in R. I. Wormatiensis *de anno 1521.* dicitur: *und behalten uns vor die Belehning der Lehn und die Regalien derjenigen, die sie unter der Fahne öffentlich mit Solennitäten pflegen zu empfangen.* *Supra dictum est, quod in concessione generali ardua & maiora haud veniant aut comprehendantur.* Ex hoc axiomate sine dubio nata est exceptio adducta, qua feuda vexilli, tamquam maiora,

An vicarii  
feuda comi-  
tum conferre  
possint?

maiora, suæ collationi reseruauit Imperator. Duo vero ex adductis patent, (1) excepta fuisse feuda magna Principum, (2) talia, quæ olim mediante vexillo collata fuere. Inde quæstio enata fuit: an etiam *feuda comitum* exceptioni insint? Comites olim etiam vexillis inuestitos fuisse, docet B. GVNDLING. *diff. de feud. vexilli* §. 34. Simul tamen obseruat in *A. B.* sub voce *feudorum vexilli* tantum comprehendendi *feuda principum maiora*. Contrarium adstruit ITERSVS *de feudis Imperii* c. 9. §. 10. ex ea ratione, quod etiam comites cum vexillis inuestiri consueuerint, & quod hæc quoque feuda *maiora* sint, sicuti etiam vix reperiri queunt exempla comitum Imperii a Vicariis inuestitorum. Fateor in vtramque partem prægnantes esse dubitandi rationes, interim tamen in posteriorem sententiam procliuis sum, quia in *A. B.* excipiuntur *feuda Principum* & illa, que vulgo *Bahnlehn* appellantur. Si *feuda Principum* tantum excipienda fuissent, non necesse fuisset, addere subsequentem clausulam: & illa, que vulgo *Bahnlehn* appellantur, quæ potius ostendit, excepta fuisse non tantum *feuda Principum*, sed in genere *vexilli* feuda, sub quorum numero etiam feuda comitum comprehenduntur. Loquor de sensu *A. Bullæ*: hoc enim expeditum est, posse Cæsarem vicariis, se absente vel impedito, constitutis maiorem concedere potestatem, vt etiam feuda comitum conferrent; quorum collineare videntur verba adducti recessus, quia olim feuda comitum tanta cum pompa & solemnitate haud collata sunt, obseruante B. GVNDLINGIO *cit. l.* Simile quid obseruo in diplomate RVPERTI Cæsaris, LVDOVICVM BARBATVM comitem palatinum vicarium constituentis anno 1401. cum exercitum in Italiam duceret, quod refert THVLEMARIUS *de Acquiratu* c. 22. §. 18. vbi vicario a se constituto confert potestatem infeudandi, *exceptis dumtaxat feudis insigniis Archiepiscoporum, ducum & marchionum, & quæ cum vexillis seu gladiis recipi consueuerunt, & de qui-*

quibus officialibus imperialis curia de more seruitur, conf.  
B. GVNDLING. cit. l. §. 35.

§. XIII. Limitat tamen hoc ipsum prælaudatus THV-  
LEMARIUS cit. l. §. 27. & arbitratur, durante vltra annum in-  
terregno, vicarios etiam de feudis maioribus inuestire posse,  
id quod ex subiectis quibusdam citationibus euincere conatur.  
Sed qui citationes adductas attentius examinat, nihil noui iu-  
ris, præter quod vicariis in A. B. concessum est, ibi depre-  
hendit. Prouocat ad A. B. & ad ius vicariis ibidem conces-  
sum, quod tamen circa collationem feudorum imperii minorum  
versatur. Quod si horum renouatio intra annum haud peti-  
tur a vicariis, pœnis feudalis locus esse potest. Et quan-  
uis vicariis, anno præterlapso, non incumbat necessitas, va-  
fallos de nouo citandi, ad renouationem feudi ab iis accipien-  
dam, nihil tamen impedit, quo minus id ipsum facere queant.  
Erant eo tempore, scilicet anno 1658. quo hæ citationes fa-  
ctæ, lites de vicariatu, inter Bauarum & Palatinum, vterque  
in quasi possessionem iuris huius penetrare contendebat, inde  
tot citationes, de renouatione petenda, audiebantur, tot sol-  
licitationes anxie de exercitio aliorum iurium occurrebant;  
quilibet alterius actus, vt de facto susceptos, notabat, annu-  
labatque, & ita non mirandum est, tales citationes quoque eo  
tempore vtrinque emanatas fuisse, quæ tamen re vera nihil  
nouum iuris continent. Neque enim currit tempus, petenda  
renouationi destinatum, interregno durante, cum dominus  
feudi desit, quippe quod demum currere incipit a tempore  
factæ electionis, quo posito, nullum periculum incurrunt  
feudorum maiorum possessores, si vel maxime vltra anni spa-  
tium interregnum durauerit. ITTER cit. l. §. II. B. GVN-  
DLING cit. l. §. 37. VITRIARIUS inst. iur. publ. lib. III. tit. 7.  
§. 6.

§. XIV. Competit etiam vicariis facultas tempore in-  
terregni iudicia exercendi. Vnde questio enata est, an etiam  
iudicare possint de feudis Imperii maioribus? quod vel inde  
dubium esse poterat, quia horum infeudatio Cæsari peculia-  
riter

Durante vltra annum in-  
terregno, an  
vicarii feuda  
maiora con-  
ferre possint?

An vicariis  
competat co-  
gnitio de feu-  
dis maiori-  
bus.

riter est referuata, vicariis autem adempta. Quia ergo Imperator sibi ius inuestiendi referuauit, ius quoque de iis cognoscendi sibi referuasse videtur. Proinde si vicarii non possunt inuestire de feudis maioribus, quod minus est, non possunt quoque de iis cognoscere, quod maius videtur. Ita censet & ratiocinatur VITRIARIUS *cit. l. §. 2.* Accedit huic argumento vis quædam ex *ordin. regimenti de anno 1521. §. Ob auch Sachen fürstlichen*, qua cognitio de huiusmodi feudis Cæsari est referuata, & vicario Imperatoris denegata, cum vt plurimum maiores grauiioresque causæ vicariis denegatæ sint. Enimvero quia *vicarii Imperii legales* cum vicariis Imperatoris non sunt confundendi, dum illi interregnum, hi vero Cæsarem viuentem præsupponunt, adeoque hoc casu Cæsaris cognitio absolute haud deficit, vt quidem illo casu, ab his ad illos argumentum non trahendum est. Nec prius absolute argumentum concludit, cum *actus iustitiæ* facilius conferri, *actus gratiæ* autem, quorsum etiam feudorum collatio pertinet, denegari soleant, nec statim denegetur cognitio de feudis eis, quibus denegatur ius inuestiendi, exemplo parium curiæ. ITTERVS *de feud. Imper. c. 25. §. 19.* THVLEMARIUS *cit. l. §. 28. & 29.* Hoc modo, ni fallor, satis fieri potest argumentis dissentientium: verum ita omne dubium haud remotum est, cum nota sit controuersia *de ipso iure Imperatoris*, quatenus ei de *feudis maioribus* conditio & decisio competat; quæ paucis tangenda est.

In feudis maioribus an teneatur senatum principum adhibere imperator?

§. XV. Sunt enim, qui duplex iudicium in Imperio faciunt: alterum de *caussis & rebus vulgarium personarum*; alterum de *caussis illustres personas seu principes concernentibus*, quod principum iudicium aiunt, das Fürsten = Recht, idque diuersum tum a iudicio camerali tum aulico esse censent, quod speciatim HIPPOLITVS a LAPIDE *tr. de varione status P. I. c. 10. p. 163. sqq.* magno animi impetu defendit. Hoc obtinere contendit in causis principum arduis, in *Sachen, die ihre Lande, Leute, Fürstenthum und Königl. Lehnenschaft oder ihr Leib oder Ehr antreffend sind*, IDEM *cit. l. §. 166.* idque praxi

praxi Imperii antiquissima plenius demonstrat. Quamuis ergo Cæsar in *ordin. regim. de anno 1521.* causas huiusmodi maiores sibi reseruauerit his verbis: *Ob Sachen vorstelen, Fürstenthum, Herzogthum &c. belangend, so vom Reich zu Lehn rühren, so einem Theil gänzlich und endlich abgesprochen werden solten, derselben Erlaubniß ist Ihro Käyserl. Majestät vorbehalten, hoc tamen putat intelligendum secundum praxin Imperii, vt in senatu Principum ea de re agatur, non vero vicarius eius de ea cognoscere queat, quemadmodum anno 1236. in comitiis Moguntinensibus FRIDERICI II. constitutione prefecto palatii de omnibus causis & personis iudicandi potestas quidem indulgetur, sed hac sub limitatione, ohne Fürsten und andere hohen Leute, wo es gehet an ihr Leib oder an ihr Recht, oder an ihr Ehr, daß sollen wir selbe richten, scilicet more antiquo in senatu principum, seu comitiis.* Quamquam olim maiorem libertatem hac in re Cæsares habuisse videantur, quasnam causas in conuentu regni agitari conueniret, crescente tamen & adaucta procerum imperii potentia arbitrium hoc in necessitatem versum, & *causæ maiores principum* ad senatum principum relata sunt, prout praxis imperii subsequens ostendit, obseruante *ITTERO de feud Imper. c. 25. §. 12.* Rursus tamen lapsu temporis praxis hæc valde exinanita est, & necessitas, *causas maiores principum* in conuentu procerum decidendi, adeo laxata, vt vltra seculum iam solus Imperator de iis cognouerit, non adhibitis paribus curiæ, testibus *CONRINGIO de iudic. reip. Germ. th. 65. & TEXTORE in iur. publ. Cesareo tit. 12. n. 90. seqq.* Huic praxi suffragatur *Ordin. Camer. P. II. tit. 7.* *Ob auch Sachen vorstelen, Fürstenthum, Herzogthum, Graffschaffen &c. belangend, so vom Reich zu Lehn rühren, so ein Theil gänzlich und endlich abgesprochen werden sollen, derselben Erkänntniß wollen wir der Röm. Käyserl. Majestät oder Ihro Liebden und Käyserl. Majestät Abwesens uns als Römischen König vorbehalten haben, quibus verbis simul iurisdictio Cameræ exclusa est. Quæ cum ita sint, non adeo amplius dubium, quin etiam vicariis Imperii de *causis maioribus**

ribus cognitio competere possit, nisi quatenus *grauitas causæ* adhuc hodie electorum consensum requirit.

Electorum  
consensus in  
caussis gra-  
uissimis desi-  
deratur.

§. XVI. Videlicet adhuc hodie Imperator in *caussis grauioribus*, vnde tumultus in imperio metuendi sunt, ad minimum consensum Electorum, aliquando etiam omnium statum, adhibere debet, quod tum in anterioribus, tum in nouissima capitulatione cautum. Nam quoad prius in *Capit. Caroli VI. art. 3.* ita prouisum est: *Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen, so das Reich antreffen, nach Anleitung der güldenen Bull, jedoch dem Friedensschluss ohne Abbruch, ihres Raths, Bedünckens und Gutachten uns gebrauchen, auch ohne dieselbe hierinnen nichts vornehmen.* Potissimum in consilium adhibendi sunt electores in *caussis grauissimis*, quia iuxta *c. 12. A. B.* sunt *solide bases Imperii & columnæ immobiles*, quod etiam in *Capit. Ioseph. art. 38.* disertis verbis additur: *Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen, so das Reich betreffen, und von hohen Präiudiz und weitem Aussehen seyn, bald anfangs der Churfürsten, als unserer innersten Rätchen, Gedanken vornehmen.* Quoniam itaque res magni momenti est, de ducatibus eminentioribus, vnde periculosis motibus imperium inuolui possit, sententiam ferre, ita imprimis consensus Electorum eo casu desideratur, si magni præiudicii causa emerferit. Videtur etiam huc collineare, *I. P. art. V. §. 55. in f.* quamuis non eadem Imperatori, vt in adductis articulis, necessitas imposta fuerit. Cautum enim ibidem hoc modo est: *Liberum sit sue maiestati in CAUSSIS MAIORIBVS, & vnde tumultus in Imperio timeri possunt, insuper etiam quorundam viriusque religionis electorum & Principum sententias & vota requirere.* Quod hic liberum relinquatur Imperatori, in nouissima capitulatione in *necessitatem* tractum videtur, si modo clarius definitum fuisset, quamnam causæ pro maioribus habendæ, quia, hoc non factis, adhuc penes Cæsarem arbitrium est definiendi, quamnam causæ maiores dicendæ sint? Non inepte iudicat AVTOR *meditar. ad I. P. cit. l. p. 781. & causas maiores ita definit: Possunt*

Quænam  
caussæ publi-  
cæ maiores  
dicendæ.

Possunt causse maiores appellari tum a subiecto, quando inter status maiores, qui difficulter in ordinem redigi possunt, res versatur tum ab obiecto, si questio sit de ingressis prouinciis vel urbibus vel oppidis, nec non arcibus munitis, adeoque consideratu dignis. Denique potest etiam causa maior videri ex præiudicio in alios redundante, quoniam ob consequentiam plurimum interest, vtro modo iudicetur? quod exemplo causse monasterii Falckenhagensis illustrat, multisque aliis causis ab ANTONIO FABRO relatis, vterius illustrari possët, si ratio instituti id permitteret.

§. XVII. Præterea etiam olim vsitatum erat, quando causse erant grauiores, quæ in iudicio aulico agitabantur, & in iis conclusum erat, eas ad Cæsarem cum voto referre, eas deinceps imperator in consilio intimo proponebat, & non tantum ad iura, verum etiam ad rationem status ibidem respiciebatur, inquirebaturque, an consultum esset talem sententiam partibus publicare? Cum vero hoc ipsum admodum graue statibus videretur, huic obuiam itum in Capit. Leop. art. 42. & Ioseph. art. 44. ibi: auch nicht gestatten, verhängen und zugeben, daß unser geheimdes Raths-Collegium samt oder sonderslich der Reichs-Sachen, welche vor den Reichs-Hofrath gehören, sich anmasse, darinn sich einmische, oder auf einigerley Weise dem Reichs-Hofrath eingreife, vielweniger mit Befehlen oder Decreten, wodurch die in Reichs-Hofrath geschlossene Sachen aufgeschoben, oder irretiret werden, beschwere oder irre. Equidem hoc ipsum etiam repetitum est in Capit. Caroli VI. art. 6. sed tamen temperamento hoc adiecto: Wo auch im Reichs-Hofrath in wichtigen Justiz-Sachen ein Votum oder Gutachten abgefasset, und uns referiret werden solte, wollen wir uns solches in Abwesenheit des Reichs-Hofraths Präsidenten und Reichs-Bicecanklers mit Zuziehung der Re- und Correferenten, und anderer

Quatenus  
causse gra-  
uiores in iu-  
dicio aulico  
occurrentes  
Cæsari refer-  
ri debeant?

anderer Reichs-Hofrätthe beyderseits Religions-Berwande be-  
trifft, vortragen lassen, mit denenselben darüber berathschla-  
gen, und in keinen andern Rath resolviren. Hoc temperamen-  
tum eo magis placuisse videtur, tum ne causæ, semel excus-  
sæ, ad alios iudices, primario rationem status præ oculis ha-  
bentes, deuolueretur, tum etiam vt Imperator, relatione  
modo præscripto de causis *gravioribus maioribusque* facta,  
consilia electorum quandoque, grauitate causæ suadente,  
expetere possit, prout §. *anteced.* dictum est.

In causa ban-  
ni omnium  
statuum con-  
sensus requi-  
ritur.

§. XVIII. Pergo ad posterius membrum, quo omni-  
um statuum consensus ante omnia explorandus est, anteq-  
quam in *caussa maximi momenti* aliquid decernatur. Quæ-  
nam autem grauior maiorque esse potest, quam *banni impe-  
rials?* inprimis si potentius imperii membrum eo inno-  
dandum est, quod non potest non quandoque totum af-  
fligere Imperium, pacemque turbare publicam, adeoque  
eo maiori circumspectione & deliberatione opus habet.  
Quantæ olim lites de hoc iure agitatæ fuerint, documen-  
ta publica ostendunt, quæ hic repetere non vacat. Acta  
nouissimi banni imperialis habet ANTONIVS FABER in *der  
Staats-Cantzley tom. XI. c. II. tom. XII. c. II. tom. XIV. c. 5.*  
Res tandem decisa fuit in nouissima *Capit. CAROLI VI.  
arr. 29.* hoc modo: Wir sollen und wollen auch in Acht und  
Oberacht Sachen uns demjenigen, was vermöge instrumenti  
paciis in dem jüngern Reichs-Abschiede, §. nachdem auch in  
dem Münster- und Osnabrückischen Friedensschluß 2c. vergli-  
chen und statuiret worden, allerdings gemäß ver- absonderlich  
aber auch darauf halten, daß hinfüro niemand hohen oder nie-  
dern Standes, Churfürst, Fürst oder Stand oder anderer oh-  
ne rechtmäßige Ursache, auch ungehört und ohne Vorwissen,  
Rath und Bewilligung des H. Röm. Reichs Churfürsten,  
Fürsten und Stände in die Acht oder Oberacht gethan, ge-  
bracht, oder erkläret, sondern in denen künftigen calibus darinn  
nach



nach Beschaffenheit des Verbrechens auf die Acht oder Privation entweder vom K yserlichen Fiscal-Amtes wegen oder auf Verufen des l dirten und klagenden Theils zu procediren und dar ber wir entweder an dem Reichs-Hofrath, oder unsern und des Reichs Cammergerichte, pro administratione iusticiae angerufen und imploriret werden, zusehends in Decretirung angerufen und imploriret werden, zusehends in Decretirung oder Auslassung deren auf die Reichsacht oder Privation gebeten Ladungen und Mandaten, so dann in der Sachen weitem Ausf hrung bis zum Beschlu  auf des H. Reichs hier ber vorhin gefasste Gesetze und Cammergerichts-Ordnung genau und sorgf ltig Achtung geben, damit der Angeklagte nicht pr cipiret, sondern in seiner rechtm ssigen Defension, der Nothdurft nach, angeh ret werde. Admodum prudenter id constitutum fuisse, nemo negabit. Neque enim gravius pr iudicium alicui, quam ex hanc Imperii inferri potest, adeoque causa h c non pr cipiti imperu expedienda, sed maturo iudicio & totius Imperii deliberatione pr via tandem decidenda est.

§. XIX. Sed quia portum qu ro, plura his addere nequeo, vnicum tantummodo h c subiungens, Imperatori, vt domino feudi, integrum haud esse, feuda maioris momenti vacantia inconsultis statibus aliis conferre. Ante omnia referam verba Capit. Caroli VI. ar. 11. qu  rei ferriem ita circumscribunt: Wann auch insk nftige Lehen dem Reich durch Todesf lle oder Verwirckung erbsnet, oder ledialich heimfallen werden, so etwas merckliches ertragen, als Churf rstenh mer, F rstenh mer, Graffschaften, Herrschaften, St dte und dergleichen, die solten und wollen wir, die Churf rstenh mer ohne des Churf rstlichen Collegii, die F rstenh mer, Graf- und Herrschaften, Stadt und dergleichen aber ohne Churf rstlicher, F rstlicher (wenn es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut) St dtischer Collegiorum Vorwissen und Consens ferre niemand leihen, auch niemand einige Expectanz oder Anwartung darauf geben, sondern zu Unterhaltung des Reichs, unser


Maioris momenti feuda vacantia C sar pro lubitu conferre nequit.

unser und unserer Nachkommen, Kdnig und Kaysern behalten, einziehen und incorporiren. Cum ergo concessio expectatiuarum Imperatori quoque adempta sit, non potest etiam pacta confraternitatis confirmare, sine eorum consensu, qui in verbis adductis desideratur. Plura adhuc moueri hic possent dubia, auiæque addi obseruationes, de quibus agit ITTERVS c. VII. de feud. Imper. §. 6. seqq. aliique, sed non tractatum iustum scribo, verum summam tantum venas aperio, ex quibus hæc materia ardua vterius explanari potest, adeoque vel hæc adduxisse sufficere potuerunt. Si vero in hac de arduis meditatione erraui, vel hoc ipsum mihi solatio erit, etiam peritissimos in arduis facile labi posse.

F I N I S.







Halle, Diss., 1775 A-B

ULB Halle

004 526 937


3




f

Sb.







38. 1.82. 1792  
1715 40  
72  
38

IVSTI HENNINGII BOEHMERI ICTI  
POTENTISSIMI REGIS PORVSSIAE CONSILIARII INTIMI  
MAGDEBURGICI DVCATVS CANCELLARII ACADEMIAE  
FRIDERICIANAE DIRECTORIS PROFESSORIS IVRIS  
PRIMARII ET IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
PRAESIDIS

TRACTATIO IVRIDICA  
DE  
CAVSIS ARDVIS  
ET  
MAIORIBVS.



HALAE SALICAE  
OPERIS IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI.  
MDCCLIV.

